

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Daniel Georg Morhof Hero Hersenius

**Theologia Gentium Politica : exhibens Cultum Principum Idololatricum & genuinum, cuius Dissertationem Primam De Divinitate Principum**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730577872>

Druck Freier  Zugang



Ru Phil 1662  
Jan. Georg Morhoff  
Nero Ferrinius



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730577872/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730577872/phys_0002)

DFG

THEOLOGIA GENTIUM  
POLITICA

exhibens

Cultum Principum Idololatricum  
& genuinum,

cujus

DISSERTATIONEM PRIMAM

De

DIVINITA-  
TE PRINCIPUM.

Adspirante summo Numine,  
PRÆSIDE

DAN. GEORG. MORHOFIO,

U. J. D. & Prof. Poëf. Publico.

Erudito συμφιλοεργάντων examini subjicit

Ad diem April.

HERO HERSENIUS,

Butjad. Frisius.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.  
ANNO M. D. C. LXII.

1669

єріїн/ єтміл єкін/ єдін/

1895 May 28. D.L.





THEOLOGIÆ POLITICÆ.  
DISSERTATIO PRIMA.  
DE  
DIVINITATE PRINCIPVM.  
PROOEMIUM.

Istinxerat Augustinus  
è Varrone *de Civit. Dei. lib 6.*  
*c.5.* & Tertullian *ad Nat. lib. 2.*  
*c.1.* Theologiam Gentilium  
in Physicam, Politicam &  
Poëticam. Physica illa est,  
de quâ passim Philosophi dis-  
serunt, cum Deum è naturæ  
operib; contemplantur, atq; ex illis eiusa assignant  
nomina. Politica, quæ Deos populares conside-  
rat, certis regionibus & populis præfectos. Poë-  
tica, quam soli Poëtæ fabulis suis in vulgus invexe-  
runt. Physica docebatur in Scholis; Politica tene-  
batur à populis; Poëtica decantabatur in theatris.  
Prima nitebatur ratione; secunda traditione; tertia  
ficti-

A

**fictione.** Inter ea tria Theologiæ genera Politica sola fere est, quæ Polytheismo & Idololatriæ omni causam dedit. Politicus enim Régum cultus, quietiā vivis exhibebatur, tanquam Diis quibusdā præsentibus, mortuos illos Diis cœlestibus transcribebat. Hinc fœcunda illa Deorum seges, & omnia Gentilium numina, quæ primo Deorum Indigetum nomine colebantut, deinde quasi quodam successionis jure ipsis Diis consentibus & summis adnumerata sunt. Nec hi Dii peculiareſ tantum quibusdam gentibus fuere, qui propriè Politici vocantur, sed à peregrinis quoq; cœlo donati & culti. Hinc tam immensa prodiit Deorum multitudo, & quemadmodum fertile error malum est, parturitq; ex ſe, ut araneæ; ita & hic fœcundus quam maximè fuit. Nos quidem nunc illam Theologiam politicam, quo apud Augustinum ſenſu accipitur, nobis per traſtandam non ſumimus, ſed tamen aliquam, quæ ab illâ diversa parum eſt. Illa pertinet potiſimum ad Principum inter Deos relatorum cultum. Noſtra viventium Principum diuinos cultus quoq; exhibet. Percensebitur igitur hic à nobis Principum cultus diuinus & Idololatricus, quem Theologiam politicam vocamus. Et pri-  
mum nobis conſiderabitur Divinitas Principum, deinde tituli illorum divini, & cultus.

CAP.I

## CAP. I. PRINCIPES DII.

Idolatriæ politicae causa, Potestatis abusus, Adulatio, Vitium gentis.  
Imperator non est Deus. Adulatio Callisthenis ad Alexandrum M.  
ixw<sup>o</sup> Deorum sanguis. Adulatio Atheniensium delusa. Christianorum  
Imperatorum Divinitatis affectatio. Domitianus Dominus & Deus dicit  
voluit. Dominus K<sup>u</sup>es pro Deo. K<sup>u</sup>re e<sup>l</sup>e<sup>n</sup>ta Gentilium quoq;  
preces. Adonis K<sup>u</sup>es. Domina. d<sup>o</sup>mu<sup>r</sup>, d<sup>o</sup>mu<sup>r</sup>a, d<sup>o</sup>mu<sup>r</sup>a. Do-  
meni civilis appellatio. Patri nomen Divinum. Vera Principum Divi-  
nitas in cultu veri Dei. Dii in sacris literis dicti Iudices, Angelis, qui &  
Heroes. Cur non & Principes? quorum Divinitas abunde demonstratur.  
Divinitatis titulus Principi & civilitate Aulicorum, Poëtis, & oratoribus.  
A Principum beneficiis illi attributus. Beneficii Dii dicti. Reges Evg<sup>o</sup>pti.  
Divinitas Principum à summo Sacerdotio, quod cum potestate politica  
conjunctionem. Campanella, Filescens & Greserus notati. Divinitas  
Principum à Dei erga illos cura. Rex super Rex divinissimus.

**Q**ueruntur tam Theologi, quam Philosophi  
causas secundas & primas saepe inter se confun-  
di. Inde omnium Errorum seminarium. Hinc  
omnis ferè Idolatriæ Origo, dum in Dei  
sede collocantur, qui ejus vicariam potestatem ge-  
runt. Hinc pro Diis tot seculis culti principes, ut &  
maximam Theologiae Ethnicæ partem absolverit illa.  
Idolatria. Separabimus itaq; nunc Politicam illam.  
Idolatriam à genuino Principum cultu, & causas utri-  
usq; seorsim perpendemus. Idolatriæ causas potissi-  
mum tres statuo, abusum potestatis, adulacionem, & vi-  
tium gentis. Potestatem enim cum summam habeat  
Princeps, omnium illi rerum adsit copia, licentia ejus  
nullo limite sit definita, facile hinc intumescet animus

<sup>4</sup> Regius, rerumq; suarum & potentiae securus insolentius se efferet. Hinc facilis a secundâ ad primam Majestatem pertinet, & postquam jam arrogans factus est Princeps, paria quoq; cum Deo meditabitur. Ita ille apud Senecam: *Quod Jovi, hoc Regi licet, & Memmius apud Salustium: Impune quid libet facere id est Regem esse.* Altera huic succedit causa Adulatio, quæ malum illud in privato Principis ingenio enatum sed delitescens continuo elicit, educit atq; educat. Accedit deinde ipsius gentis vitium, quæ uti ad servitutem saepe nata, ita vel in adulationes prona, vel metu adacta divinitatem illi defert, quando moderatum & debitum honorem supergreditur. Quo verè referas illud:

*Primus in Orbe Deos fecit timor*

Ita ipse Tiberius, (sub cuius imperio adulationibus sordida erant omnia) Romanos Senatores sibi blandientes Dominumq; salutantes vocabat homines ad servitutem natos, uti videre est apud Tacit. *Annal. lib. 2.* Harum causarum quasdam tangit Vopiscus in Aureliano, cum ait: *Et queritur quidem: quæ res malos Principes faciat?* Jam primum nimia licentia, deinde rerum copia. Amici preterea improbi, satellites detestandi, Eunuchi avarissimi, Aulici vel stulti, vel detestabiles &c. Hoc adulandi genere potissimum excellebant Græci, unde & Augustin. *Epist. 56.* Græculum flatum vocat. De Romanis quoq; Carnotensis Episcopus Policrat. *lib. 3. c. 10.* ait: *Romanus omnis adulatione corruptitur, aut corruptus.* Idem de Romanis Tertullian. in *Apologet. c. 28.* Majori formidine & callidiori timiditate Cæsarem observatis, quam ipsum de Olympo Jovem. Et merito, si sciatis. *Quid enim? ex viventibus quilibet non mortuopotior?* Sed nechoc vos ratione facitis, potius quam respectu presenta-

nea

nee potestatis. Ad eò & in isto irreligiosi erga Deos vestros de-  
prehendimini, cum plus timoris humano Domino dicatis. Citius  
deniq; apud vos per omnes Deos, quam per unum genium Cæsaris  
pejeratur. Idem cur Imperatorem vocare Deum nolit,  
habet in *Apolog.* c. 33. Non Imperatorem Deum dicam, vel quia  
mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec  
ipse se Deum voleat dici, si homo sit. Interest homini Deo cedere.  
Satis habet appellari Imperator. Grande & hoc nomen est, quod  
a Deo traditur. Negat illum Imperatorem, qui Deum dicit. Nisi  
homo sit, non est Imperator. Atq; hæc satis pulchre disputa-  
ta a Tertulliano, qui hominem aut Imperatorem esse  
non posse dicit, si Deus sit: nec Deum, si Imperator; cum  
homo a Deo longo distet intervallo. Nam uti Philo  
in *Legat.* ad *Cajum* de simili re ait: οὐδὲν γὰρ εἰς ἄνθρωπον  
τὸν, οὐδὲν τὸν ἄνθρωπον μεταβαλλεῖν. Facileus est Deum in ho-  
minem mutare, quam hominem in Deum. Exagitat eo in-  
loco Philo *Caij* insaniam, quod Deus haberi voluerit.  
Quam ambitionem cum omnium iniquissimè tulerint  
Judæi, divinumq; ei honorem exhibere recusârint, in-  
magnum ejus incurrerant odium. Semper enim a tali  
Idolatria abborruerunt Judæi, quod Seldenus de Jure  
Natur. *Hebraor.* lib. 2. c. 8. prolixè demonstrat. Illa au-  
tem ἀριστοκρατία ita describit Philo: Refert enim adulan-  
tium vocibus haud dubiè inductum, ut eum, qui præ-  
stantissimæ hominū parti præst, hominibus majorē cre-  
derent, sicut est opilio ovibus, bubulcus bobus. Quod  
quidem argumentum, quamvis ridiculum, suum tamen  
fecit Campanella in *Philos.* *Real.* pars. 3. c. 3. apb. 6. Princeps  
bonus (ait) tantum debet præcellere subditos virtute, quantum  
pastor gregem, qui est superioris species. Sed quæ addit, suo  
more dixit: Homo autem hominem specie non superat, nisi di-

6

vinus sit Deo plenus, vel Angelus, vel Deus visibilis factus, ut  
Christus. Ridet quoq; Philo Cajum, quod Apollinem,  
Martem, Mercurium, nulla virtutum aut meritorum  
æmulatione, voluerit æquare. Imò ipsius Jovis nomen  
expetivit. Historiam leges apud Sveton. c. 22. Huc re-  
ferri poterit illa an urbanitas an adulatio Callisthenis,  
qui in Alexandrum, cum Deus vellet haberi, & tamen  
vulneratus esset, viro ejus sanguine, hos vibravit jocos:  
mirari se quod non esset

*Iχνε ὅις την πέτι μακάρεας θεοῖς*

*Sanies quedam, qualis à Diis immortalibus effluit.*

Quē versum ex Homeriliad. E. de Venere à Diomede vul-  
neratā adduxerat. Credebant enim gentiles Diis suis non  
esse sanguinem, sed liquorē quendā *ἰχνε* sanguini simile.  
Quia enim nō cibo nobis familiari, sed nectare & ambro-  
siā pascebantur superi, ergo & *ἀνθυμος* credebantnr &  
exangues. Sed gravissimas Callisthenes temeritatis suę  
pœnas dedit. Et omnino turpissimum hoc est, si à Prin-  
cipibus ipsis hæc affectetur insania. Ita Antonius Li-  
berum se patrem dici voluit, & hoc nomen statuis sub-  
scribi jussit, habitu quoq; & comitatu Liberum imitatus  
est, cui venienti occurerunt Athenienses, eumq; *Διόγονος*  
salutarunt: At cum illi adularentur dicerentq;  
se despondere illi Minervam in matrimonium, ductu-  
rum se ille respondit: sed non nisi cum dote mille talen-  
torum. Ita pulchrè ars arte delusa. Commodus quoq;  
cum ad Senatum scriberet, inter alios titulos usurpabat  
& istum: *Πατρὶς Ἡερατῆς Romanus Hercules*, uti & Dio tra-  
dit & Lampridius in ejus vitâ. Qualis ille Herodis Agrip-  
pæ factus? cui populus dicenti acclamabat: *Vox Dei non  
hominis. de quo Actor. 12. Quanta Alexandri insanias? qui*  
ad Græ-

7

ad Græcos à victoriis suis turgidus scribebat, ut se Deum facerent, cui Laconicè & salsè responderunt (Æliano teste l. 2.) Lacedæmonii: *Quoniam Alexander Deus vult esse; esto Deus.* Quanta Pacati Drepanii adulatio in Panegyrico ad Theodosium Magnum? *Fidem constare (inquit) nescimus auditis, DEUM dedit Hispania, quem videmus.* Et planè impium, quod Deum ibidem participem Majestatis Imperatoriæ faciat, quod Imperatorem adorandum dicat, vota illi toto terrarum orbe facienda, quod fata hominibus distribuat. Mauri omnium impudenterissimi, qui manifestè Règes tanquam Deos colunt, nec ullo valamento hoc nomen prætexunt ut Cyprianus de vanitate gentium testatur. In primis autem Juba cultus, vel quod primus ille & potissimum, vel quod commune omnibus Regibus nomen fuerit. Ouzelius *Animadversionibus suis in Minuc. Felic. p 134.* affinitatem quandam inter hoc nomen & θεαγαγουντινη agnoscit, ut ex hoc factu illi videatur. At quis ferat ambiosas illas Christianorum Imperatorum de se voces? *Nostra Divinitas. Nostrum divinum preceptum. Sacrum Oraculum. Cœlestē Oraculum. Nostrum Numen. Divinum verbum nostrum. Divina beneficia. Divina Domus. Manus divina. preces altaribus Imperatorum fusæ. Justiniani divinum numen. l. 3. C. de summ. Trinit. l. 5. C. si cont. jus vel utilit. l. 10. C. de sacros. Eccles. l. 8. & n. C. eod. l. 2. C. de mandat. princ. l. 5. C. de divers. rescript. l. 10. C. de LL. Novell. 1 heodofit 25. Novell. Anthemii. A. tit. 1. Novell. const. 128. Intolerabilior ferè illi Christianorum Imperatorum, quam ipsorum Ethniconum insolentia. Notatur ab omnibus illa impudens Domitianus arrogancia, de quo Xiphilinus, quod imperio ejus factum sit, ut & in Epistolis & formulis omnibus Dominus & Deus noster appellaretur. Se ipsum quoq; ita*

ita vocavit, quod habet Sueton. c. 43. Cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret Epistolam, sic cœpit: Dominus & Deus noster sic fieri jubet. Excipiebant hoc continuo, Poetae, genus ad adulatio[n]em natum & ad propagandam politicam illam divinitatem præclaras instrumenta. Stat. de eo lib. 4. Sylv.

*En hic est Deus, bunc jubet beatis*

*Pro se Juppiter imperare terris*

At Martialis singulis fere paginis jam Deū jam Jovem nominat, à quo plura quam à Jove ipso exspectabat. Geminabat & ille voces Domini & Dei, ut accuratè edictum observaret. Sic ille lib. 5. Epig. 8. Edictum Domini Dei nostri. Dominus autem idem qui Deus. Unde & Commodo Herculis nomen ambienti à Senatu aliquando acclamatum est: Κύριος ἡ Δομίνος Deus es. Ita Gentiles inter alias precandi formulas etiam hanc habuere: Κύριε ἐλέησον Domine miserere. quā precandi formulā nihil nunc quoque Christianis est frequentius. Arrian. in Epictet. l. 2. c. 7. Τὸν Γεῶν ἔπαγε λάμψενον, δεόμετον αὐτόν: Κύριε ἐλέησον. Deum invocantes precirunt eum: Domine miserere nostri. Quare & displicet ille Imperatoris titulus Tertull. Apologet. c. 34. Diccam plane (inquit) Imperatorem Dominum, sed more communī, sed quando non cogor, ut Dominum Dei vice dicam. Duplice ergo ejus vocis acceptio[n]em innuit Tertullianus: unam quā communis: alteram, quā divinus titulus est. Diis illud nomen datum plura docent Exempla. Ovidius Dominum Jovem vocat. Ita apud Julian: in Cæsaribus legis deo[n]iūnū dia. Ita Adon in Lacones Κύριον i.e. Κύριον dixerit. Hesychius: Adonis deo[n]iūnū i[n]dō Φοινίκων Adonis Phœnicibus Dominus est atq[ue] ipsum Ζεὺς V. Bochart. Geogr. sacr. part. ult. lib. 2. c. 11. Eliam Sched. de Dis German. Synt. 1. c. 4.

Ita,

9

Ita à Phœnicibus, teste Philone, Deus κύρος ἡγαντ  
כָּל שְׁפִים vel, ut lingua Phœnicum profert Βελσέμην  
dicitur. Vide de eo erudita apud Vossium in *Etymologias*  
cosub voce *Balsamum* Ovid. 4. *Fastor* & *Magnam matrem Cy-*  
*belem Dominam* vocat, quod ei proprium nomen fuisse  
Varro testis est. Ita Plato *de Leg.* 3. Terram & Patriam δέονται  
δέονται Deam Dominam vocat. Eodem Dominæ titulo  
peculiariter Reginæ & Augustæ Regum & Imperatorum  
Uxores vocatae, ut Græcis δέονται. Turnebum vide  
sis lib. 21. c. 6. & Cæl. Rhodigin. lib. 24. c. 17. Hinc illæ ac-  
clamationes : *Dominō & Domīne feliciter!* Græci postea  
adsciverunt vocem δέουντος & δέουνται, quæ deinde & cogno-  
mina facta sunt, quod notat Salmasius in *Æl. Spartian.*  
p. 142. D. E. Idem δέουνται Græcis, ab imperando ita dictum.  
V. Germ. Val. Guellium. in *Virg. Aen.* 6. v. 397. Martianus  
Capella l. 2. Mercurium Dominum vocat: *In fanis*, ait,  
*omnibus soliditate cubicâ Dominus adoratur.* Sacrificantes  
apud Persas ad ignem ajebant: *Comede Domine Ignis*, quia  
summum illum Deum habebant *Jul. Firmic.* libr. de Er-  
rore profan. *Relig. Bulengerus. Eclog. Arnob.* c. 5. Ad illam  
mentem illud Horatii quoq; capias: *Od. i. l. i. Terrarum*,  
*Dominos evebit ad Deos.* Divinum ergo nomen Dominus  
est, & ut Tertullianus ait Dei cognomen: *Ad quæ no-*  
*tat P. Georg. Ambianas Observ.* i. *Deus est nomen, Dominus*  
*cognomen.* Illud nuncupat; istud demonstrat. *Deus cum sit omnium*  
*creator, etiam solus possessor.* De voce illa, quomodo apud  
sacros autores pro Deo ipso capiatur, vide Ludov. de la  
Cerda. *Advers. sacr.* c. 106. §. 8. & c. 112. §. 14. Pro communi  
tamen more se Imperatorem Dominum appellaturum  
dicit Tertullianus. Ita quemcunq; appellabant civili  
aliqua significatione, quæ quotuplex sit, notat *P. Georg.*

B

*Ambianus*

*Ambianas eo in loco Lips. ad 2. Annal. Tac. c. 87. Torrenti ad Sveton. August. c. 53. Bulengerus de Imperat. Rom. lib. 1. c. 32. Rader. ad Martial. l. 1. Epigr. 67. (82.) In Divinis quoq; nominibus Patris vox est quam Gentiles quoq; usurparunt. Vide Lactant. l. 4. divin. inst: c. 3. Eo etiā Imperatores honorati. Euseb. Apud l. 4. Histor. Evang. c. 8. Minucius Fundanus Proconsul Asiae scribit, ἐξ Ὑπερλήπτης ἢ οὐ μετίστη τὸν Υπερβολέας Καιούσες Ἀδελαύς, οὐ πάντες ημῶν. Ex Epistola maxi- mi & illustrissime Cesaris Hadriani Patris omnium nostrum. Pertinaci acclamatum in Senatu: Patri, Pio, Patri Se- uatus, Patri omniū bonorum. Statio 1. 4. Sylv. Domitia- num vocat parentem mundi. Pausanias Antoninum vo- cat πατέρα ἀνθρώπων Patrem hominum. Eustathius, qua- tenus hæc vox de Deo & homine dicitur, diversa etyma assignat: οὐ περ Γεός αὐτῷ τὸ πάντας τηρεῖν πατέρα λέγεται. πατέρα ή ἀνθρώπων αὐτῷ τὸ τὰς παιδας τηρεῖν. Sed hæc inepta subtili- tates. At quoniā hic titul⁹ etiam aliis communis est, sine ullo Idolatriæ metu Principes eo dicentur.*

Atq; hæc affectata illa Principū divinitas, quam Ido-  
latriam vocamus, de quā haec tñ dixim⁹, quæ nunquā  
sine manifestâ quādam turpitudine & impietate fuit, &  
quā boni Principes semper declinant, qui tamē eò magis  
divini dicendi, quo minus divini esse volunt. Neq; enim  
hoc nunc agimus, ut suam Principib⁹ divinitatē, quam  
illis à sacris literis quoq; concerdi scimus, denegemus.  
Veri enim Principes (ut est apud Tertullian. Apologet. c. 30.)  
sentiunt eum esse Deum solum, in cuius solius potestate sunt, à quo  
sunt secundi, post quem primi, ante omnes & super omnes Deos.  
Quidni? cum super omnes homines, qui utiq; vivunt, & mortuis  
antestant. Et Augusta est Principum divinitas, si verita-  
te nixa sit, si divinæ conformitati studeant. Deos illos  
vocatos

vocatos in sacris literis quis nescit? Nam & Judices Elohim dicuntur. Et cur illis nomen Deorum dene-  
gemus? quod potestatibus minoribus tam cœlestibus  
quam terrenis datum, tam in sacris literis, quam etiam  
apud Philosophos veteres scimus. Ita & apud Platonem  
& alios Philosophos Angeli vel Genii Dii dicuntur, quod  
præclarè demonstrat Augustinus Steuchus Eugubinus in  
perenni de perenni Philosophiâ opere l. 8. Sic Plato in.  
Phædone ait: Viros bonos post mortem prosciscî πεῖν  
μὲν ὡρδῷ τὸς θεὸς ἀλλαγῇ, οὐ φέστη καὶ αἰσθάνεται. εἴ τινα γένος ἔνθεω-  
πεις πεπλευτηκότες, αἱρέως τὸν εἰδῶλον ad Deos quidem alios sapien-  
tes & bonos, tum homines jam vitâ functos, longè his, qui apud  
nos sunt, meliores. Per Deos autem illos Angelos intelli-  
git, quos in Convivio Dei interpretes & nuncios fecerat.  
Deos, Dei filios & amicos vocat Maximus Tyrius dis-  
sert. I. οὐδὲ τειτμύρου μόνον θεοὺς θεῖς παιδεῖς καὶ φίλους, αλλὰ ἀληθίους  
αἰενθύμῳ. Nec enim tantum triginta Deorum millia supremi  
illius Dei filii & amici sunt, sed innumerí. Ibidem: Θεοὶ εἰς  
πάνταν βασιλεὺς καὶ πατήρ, καὶ θεοὶ πᾶσι θεῖς παιδεῖς συνάρχοντες θεοί.  
Veterum Heroas quos Semideos fecerunt, inter Homi-  
nem & Deum medios, Angelos fuisse prodidit Philo ἡ Φιλοσοφεία  
Φυτεύει: In summo prope ipsū aetherā, inquit, esse animas purissi-  
mas, quas Græcorum Philosophi Heroas vocant, Moyses ex re Angelos  
vocat. Non aliter I. Corinth. 8, 5. Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ  
εἰν τῷ οὐρανῷ, εἴπερ θεῖς γῆς (ώσπερ εἰσὶ θεοὶ πᾶσι, καὶ πάντοις πᾶσι)  
Hic θεός εἰν τῷ οὐρανῷ vocat Angelos θεῖς θεῖς γῆς, & κυρίες Prin-  
cipes. Vide omnino Heinsl. Exerc. sacrar. lib. 7. c. 5. Nā si Dii  
dicuntur Angeli, car non eo sensu quoq; dicantur Prin-  
cipes, quos omnibus vivis & mortuis antistare dicebat  
Tertullianus? Eam quoq; ob causam mysterium vocat  
imperium & Principes Deos Gregor. Nazianz. orat. Eis  
έαν πν,

εἰσπον, καὶ τοῦτο τὸς λέγοντας ἡμῖν μὲν αὐτὸν τὸν καρδιόρες Κανεγεντίων. Verba è Latinâ versione damus. *Vos Reges reveremini purpuram (nam & legum conditoribus hæc oratio legem dicit) agnoscite, quantum sit, quod vobis commissum est, & quid sit ingens illud circa vos MYSTERIUM. Totus vobis orbis subest, parvoq; diadema te ac brevi panno continetur. Supernæ quidem solius Dei; inferiora etiam vestra sunt, atq; ut aliquid audacius dicam, Dilectis facti civibus vestris.* Ita etiam Salvator noster ipse Matth. 22. Deo Cæsarem non tam subjunxit, quam coniunxit, quo eminentiam ejus notabat, ipseq; cum in terris ageret Majestatem ejus honoravit, quam tamen illi dederat. Pulcherrima est & docta explicatio ejus Divinitatis Ecphantis in libro de Regno apud Stobæum: *Ἐν τῷ γὰρ ἀεριοφυέσσον μὲν ἄνθρωπος, θιόπερ ἢ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ κοινῷ φύσι ταλαιπονεῖτῶν τῷ κρέσσονι. Τὸ μὲν σκάνθος τοῖς λοιποῖς ὅμοιος, οἷα γὰρ γονῶς ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλας ἐν τῷ πυχνῷ δὲ ἐργάσμενος λόγω, ὃς ἐπεχνίτευσεν αὐτὸν, δέχεται πώ χεώμενος εἰστῷ.* In terris homo quidem optimam sortitus est naturam: *At inter homines Rex divinior est, multumq; communem naturam supereminet, corpore quidem reliquis non absimilis, ex eadem quippe materiâ factus; ab optimo autem artifice fabricatus, qui formavit ipsum archetypo ex se sumpto.* Ad eandem mentem Synesius Orat.deRegno. Deus ipse sese in intelligibiliis rebus archetypum præbens providentia sua quandam imaginē tribuit, inferioraq; ista jubet ex sublimiorum rerum imitatione temperari. Proinde summi Regis amicus est, qui bic eadem cum illo appellatione gaudet, nisi nomen ementiatur. Admitti ergo illa Deorum appellatio potest, ob potestatem à Deo concessam, & summum illud judicandi & imperandi munus, quod Deus ipsis quasi de manu in manum tradidit. Atq; sic potissimum divinitatem suam ostendet

det Princeps, si illum semper suis titulis præfigat, enjus  
 vicarius est. Ita laudabili more Græci Imperatores eo  
 sibi titulo placebant, quod se vocarent βασιλεὺς καὶ θεῖος  
*Reges in Christo.* In exordiendis quoq; Edictis & Episto-  
 lis scribebant: ἡντὶς βασιλεία ἡμῶν Majestas nostra divi-  
 nitus constituta. Vide *Jus Græco-Romanum. l. 2. Novell. Ba-*  
*sil. de ftruendis ecclesiis.* Præclara sunt illa pietatis Regiæ Ex-  
 empla, quæ in vetustissimarum Legum Anglo-Saxonica-  
 rum corpore, quod concessit Gulielm. Lombardus, pas-  
 sim reperias, quæ quia vulgata non sunt, cur non cite-  
 mus huc veneranda illa rudera? Ita Rex Inas, qui regna-  
 re cœpit anno à Christo nato 712. leges suas incipit: *Je*  
*Ine mid godes gyfe Westseaxna Cūning. Ego Inas Dei benefi-*  
*cio occiduorum Saxonum Rex.* In foedere Aluredi & Gu-  
 thruni Regum conjungitur divina & Regia Misericor-  
 dia: and mid athum gefæsinod. for hi hylfe. and for heora gin-  
 grange for geborene. ge for ungeborene. the godes miltse recce.  
 oth the ure in quod præterea singuli non solum de se ipsis, verum  
 etiam de natis suis, ac nondum in lucem editis (quotquottantum  
 misericordia divina & regia velint esse particeps) jurârunt.  
 Æthelstanus Rex se Dei vicarium & dispensatorem bo-  
 norum, quæ subditi possidebant, facit, quos ut sibi  
 de suis relargiantur, adhortatur, ne in offenditionem di-  
 vinam & regiam incurvant. *Gif Ic eow ealls eowra thine*  
*ga geunne. on tha gerade the ge me mine georniath. warwath*  
*eow. and hio the eowe to helimpath. thær Drihtenes eorres. and*  
*minehs. Etenim cum eā ego vobis lege benignè vestrā omnia largi-  
 zus sim, ut mea mibi vos itidem concedatis, prospicitote sedulo,*  
*ne quis vestrū, neve eorum aliquis qui vobis paruerit, offendis-  
 nem aut divinam aut nostram conciterit.* Præclare hoc confir-  
 mat Synesius, quilib. i. de Provid. Regi omniaterræ, aeris,  
 aquæ,

aque munera Deos dedisse asserit; Regem vero usum eorum rerum populo indulisse, reservatis sibi pro communi felicitate curis & laboribus: Idem Plutarchus docet in libro: quod in Principe requiratur doctrina. Principes sc. esse ministros Dei ad curam & salutem hominum constitutos, ut quae in nos bona contulit, partim distribuant, partim conservent. In fædere Edvardi & Guhtrumi Regum est: and he bete georne he thæm he seo dæd sy Crist and Cūning. Fraudator vero (prout feret maleficii ratio) Christo & Regis satisfacto, quam formulam sæpius ibi observes. Canones quoq; sub Edgardo Rege dati prohibent cultus hominum divinos, qui ibi vocantur man weorhunge. Imprimis autem in Legibus Canuti Regis, de Deo, Religione & Rege, de pace Dei, Regis & Ecclesiæ, de Pii Regis misericordia & justitiâ ad Divinæ exemplar instituendâ præclara habentur. Concludit demum leges suas obtestatione summâ & piissimâ, tanquam Dei vicarius: Nu biddie ic georne and on Godes naman beode manna gehwylene. that he in weardlice heortan buge to his Drihene. Nunc deniq; omnes obtestor, ac singulis in Dei immortalis nomine præcipio, ut vere atq; ex animo ad divinum convertantur numen. En tibiveram Principum divinitatem, quæ in vicariâ Dei potestate consistit! Hos Φιλοχειστας, Θεοβεστας & θεοφυλάκτες nominabant Christi amantes, piissimos & à Deo servandos. Sed de sanctitate Imperii plura nobis dicentur in Fato politico & in dissertatione de Titulis principum divinis.

Hic ergo verus Princeps, qui Dei gratiâ se principem esse novit, ille inter homines quidam quasi Deus, quem gratia Dei conjungit cum Deo: Sic enim omnibus major est (inquit Tertull. ad Scap. c. 2.) dum solo vero Deo minor est. Sic & ipsis Diis major est, dum ipsi sunt in potestate ejus.

eius. Hæc vera illa Divinitas, quam ipse Deus illis confert, cujus existimationem ille subditorum animis immittit, non quam ipse sibi arrogat, non quam aulicorum palpus obtrudit. Sed negandum tamen non est, non adulatio semper, sed quâdam aulicorum civilitate, quam ab adulatio diversam esse sana fadet ratio, tum & Rhetorum & Poëtarum figuris multa ejus generis originem traxisse, nolentibus ipsis Principibus, licet saepe quorundam Principum accesserit insania, qui quod illis ultrò offerebatur, pro lege recipiebant, & immodesti oblatâ modestia siebant. Hanc quoque causam agnoscit Böclerus in *dissert. de Auspicio Regio c. 2.* & in *dissertatione de Elegantia Moris Civilis & Aulici.* Interdum quoq; Principum plorum Bonitas & Liberalitas à Civibus amata, qui Principes (ut Seneca lib. i. de Clem. c 4. ait) saepe ultra privatas etiam necessitudines amant, vel rerum gestarum, amplitudo illis vel nolentibus addidit elogium, quod nec in aliis insolitum erat, qui ob beneficia sua Dii audiabant. Jul. Firmic. de Error. profan. Religion. Amat Gracorum levitas eos qui sibi aliquid contulerunt, vel qui consilio, vel qui virtute se juverunt divinis appellare nominibus, & sic ab ipsis beneficiorum gratia repensatur, ut Deos dicant, qui sibi aliquando profuerunt. Idem Philo asserit in proloq Euseb. in I. præpar. Evang. οἱ παιδισταὶ τῆς Βαρβάρων, εἰχαρετως ἡ Φοίνικες τὴν Αἴγυπτον, παρὸν ὃν ηὔ οἱ λαοὶ παρέλαβον αὐθεωποι θεός εὐόμιζον μηδετέ τὰς τὰς τὴν Βιωτικὴν χρέας εὐεόντας, ηὔ ηγεπτον εὐ παιδιστας τὰς θεάς. Eueργέτας τὰς τὰς, ηγετῶν αἰτίας αἰσθῶν αἱ θεός τεροικύνειν. Eam quoq; significationem inter quintuplicem Dei notationem refert Tzetz. ad init. lib. I. Hesiod. ιεργ ηγη ημέρ. & exeo, (uti videtur) Muretus in Catull. p. 55. quietiam addit Sapientes Deos vocari solere. Ad illam rationem

nem Eanodius Ticinnensis Panegyrico ad Theodicum Regem Gothonum: *Inter Deos agnoscisse proxime qui praeſtit, edidisse est beneficium.* Ita Antiocho Dei cognomen primò fuit inditum à Milesiis, quod Timarchum tyrannum expulisset, & revertens à victoriā exceptus est non humanis ſolū, ſed & diuinis honoribus, uti refert Appian. in Syr. Atq; ideo, quia Dei nomen nomen ſit liberalitatis & Magnificentiae, & à dando dictum, putat illud nomen potiſſimum in Principes atq; Patronos collatum. Martinus Roah Singular. l. I. c. 9. Inde eſt, quod Reges Βεργέντη vocantur tam ſacris quam profanis literis. Sic in illo loco Prog. 8. v. 15. *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* in Hebraicis eſt vox נָרְבִּים i. e. munifici. Græci verterunt Τύεγγροι. Aquila & Theodotio ſubtituerunt εὐχορεύομενοι i. e. ſponte munifici. Apud Homerum multa ejus rei ſunt, ſolenniſq; apud eum venerationis formula eſt, quæ beneficos & viros fortes vocat Deos. Sic Iliados I.

--- --- --- οὐ δ' ἄλλος περ ταῦτα χαίρε  
Τειρομένες ἐλέσθη τοῦ σπεῖτον, οἱ σε θεὸν ὡς  
Τίεστοι ---

Alibi Ulyſſem ſingit Minervam pastoris formam indu-  
tam ſic alloquentem. Odyſ. N. 239.

--- --- --- οὐδὲ ἔγωγε  
Εὐχορεύοντες τε θεῷ καὶ σεῦ Φίλα γέναθ' ἵνα

Nam ὡς θεῷ Βεργένται de iis qui σωτῆρες quovis modo fue-  
runt dicebatur. Sic eſt ὡς θεὸν δέχεσθαι Il. 2. 433. & Odyſ. 7.  
69. Idem de Viro forti Il. 483. Odyſ. 7. 36. 9. & infinitis lo-  
cis aliis: Imò ipſe Jupiter tanquam Deos honorare dici-  
tur, quibus ille beneficia exhibet Il. 8. 73. Imò nec ipſe  
ſacra Literæ abhorrent à tali loquendi genere. Ita Exo-  
di 4, 16.

di 4,16. Erit tibi pro ore & tueris ei לְאֱלֹהִים Genes. 33. 10. Vidi faciem tuam ac si viderem Dei אֱלֹהִים Gr. Ἰητὸς. Ob rerum gestarum magnitudinem C. Jul. Cæsar Deus dictus. Diodor. Siculus libr. I. Γάιος Ιελιας Καισαρίας Διδός τὰς περιβολές αγρού θεος. Joannes Tzetzes lib. i. Histor. 68.

Οὐτονομούσθιεν Ιελιας οὐκ εἰπεν τοῖς Ρωμαϊοῖς

Ταύτην ηγέτην εἰπεν οὐρανού μιαν.

At Dio Cassius libr. 44. aperte de J. Cæsare refert, quod tempa sibi vivo exstrui passus sit & honores divinos sibi exhiberi permiserit. Quod observari potest, ne imponant nobis, qui Augustum primum Divinis inter Principes titulis, dum viveret, & honore divino donatum esse putant. Deus Augustus vivus vidensque dictus est, quamvis per modestiam primum tempa sibi exstrui non sit passus, quæ tamen deinde admisit. Virgilius illum Deum dixit Ecl. 1, cui adulatio quædam subest, quicquid etiam neget Servius. Ita apud Athen. l. 5. est: Πάσου δὲ τοις ταῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πρᾶσις ὑπαντῶν κατηγορεῖται τὸν θεὸν βασιλέα. Obvia Universa Civitas Regem ipsum appellat DEUM, honore ultra mortalem. Sed hæc vocabula, quæ à divinitate transferuntur, quamvis illa præclarus quidam in Principes affectus sæpe excogitet, facile tamen in adulationem degenerant, & ab hæc in idolatriam. Quare cautus in illis admittendis erit Princeps Pius.

Venio nunc ad aliam causam, quam ego maximum ad divinitatem principum adjumentum attulisse credo. Ea est: quod summum sacerdotium principati conjunctum fuerit apud plerasq; omnes gentes. De Ægyptiis Plutarch. lib. de Isid. & Osirid. οἱ βασιλεῖς καὶ ιερεῖς ὄντες. Reges, qui iidem sacerdotes. Eodem teste, avocatis jam

C

Regibus

Regibus ab administrandâ Religione, Reguli sacrorum & Religionis curâ suscepereunt. Dionysius quoq; meminit. lib. 2. ubi describit constitutionem Regni factam à Romulo: *Ac Regis quidem munia eximia esse jussit, primum, ut sacrorum & sacrificiorum principatum haberet, & omnes res divinae ac pie per eum agerentur.* Certè Zozimus lib. 4. bis. tradit omnes Imperatores Romanos ab Augusto ad Gratianum, usq; non modo Pontificis Maximi titulum libenter usurpare, verum etiam Pontificatus insignia. Reges quoq; olim Sacerdotum munere fungebantur, sacrificabant, immolabant. Sic Virgilius Æneam passionis sacrificantem inducit. V. de la Cerda in III. En. v. 21. Hinc illa Principatus divinitas. Sed ab eo more inde discessum, quod eam ob causam factum putat Grotius in *Dissertatione posthumâ de summo Sacerdotio*, quod ætate superiori Reges plerosq; ipsa licentia corruperit, ut inde Sacerdotum contemptus sequeretur, illum ipsius Religionis neglectus; qui ne ulterius dimanaret, sequestrata quodammodo hæc fuere munera. At ineptiæ & nugæ sunt, quas somniat exinde Campanella. Philos. Real. part. 3. c. 8. omnia ad primum statum naturalem divinumq; reverti debere, postquam seet & omnes religionesq; immutata fuerint, ubi regnet Rex unus idemq; sacerdos cum Senatu optimatum. Verum hæc Enthusiasmum sapiunt & quæ ibi de Monarchiâ Hispanicâ adduntur futilia commenta sunt. Nec tamen Filescus audiridebet, qui in dissertatione de Sacra Episcoporum autoritate c. 7. §. 7. perstringit Græcos, quod Imperatori suo summum Pontificatus totulum attribuerint, eosq; adulatores vocat & homines ad servitutem natos, cum tamen eo ipso demonstret se potius adulatorem & servum primatq; Pontificii. *Balsamoni quoq; vehementer ob id succen-*  
*set*

set Gretserus lib. 3. comix. in Codin. c. 9. n. 18. Aliqui quoq;  
Reges spiritu Propheticō afflari à Deo putant , moti illo  
quod est Proverb. Salom. c. 6. *Divinatio est in labiis Regis,*  
quod tamen de *σοφίᾳ* quadam & sagacitate in subodora-  
randis rebus occultis , judicandis causis perplexis inter-  
pretatur Pet. Molinæus in Vate l. 1. c. 20. Inter causas divi-  
nitatis quoq; referri meretur cura illa & providentia cir-  
ca Reges divina, quā illos manu quasi suā ducit. Sed de  
hoc fusè præclarè differit Vir. Cl. Joh. Henr. Böclerus  
in elegantissimā dissertatione de auspicio Regio. Dice-  
mus & nos nonnullia in *Fato nostro Politico.*

Verum ea omnia nunc non disputamus intimius, ue  
Theologorum vineta cædere videamur. Nos tantum ea  
verosimiliter attulimus ad causas divinitatis Regiæ inve-  
stigandas , de quibus hactenus. Nos illis Divinitatem vi-  
cariam non denegamus. Sint illi divini, nisi divinitatis  
titulum in dæmonis larvam permutent. Sint Reges sui  
ipsius, tunc erunt Dii inter homines. Primum omnium (in-  
quit Synes. Orat. de Regno) Regem , duce ac principe Deo,  
ipsum sui ipsius regem censeo esse oportere , monarchiamq; sibi  
quandam esse in animo constituendam. Sciat se uni debere esse  
subditum , ut imperet omnibus, temperetq; se inferior potestas, ad  
normam sublimioris. Perpendant se esse homines, nec Di-  
vinitatem stultè affectabunt. Nemo potest ( ait Senec. l.  
i. de Clement.) personam diu facere , facta citò in naturam  
suam redeunt. Imò ut ceterorum hominum ( quod Plin. in  
Paneg. ad Trajan. ) ita principum illorum omnium , qui sibi  
Dii videntur, evum omne & breve & fragile.

## CAP. II.

# PRINCIPES SEMIDEI.

**P**rincipes Diis genitos se fingeabant. Varronis etiam de re preceptum expeditur. Heroës dicti illi & Semidei. Plato quoque illarum fabularum assertor. Origo earum videtur ex loco Moysis non recte intellecto haustus. בְּנֵי־חַאלָהִים qui dicantur Fabulae de Heroibus sensu verus. Familiarum origo à Diis. Anates. Principes Dei filii. Deorum Cognati. Cœlo lapsi. Cœli & terræ filii. Ejus appellationis rationes tres. Solis filii. Infamia natalium sepe sub illâ fictâ divinitate tecta. Terræ filii. Gigantes. Theuth Germanorum. Non est Chaos. Anses die Nânse Germanorum SemiDei. Ansibarrii. BarPontanus notatus. Principes SemiDei Draconibus geniti. Draconum quid Gentiles cultus. Qui Principes vere SemiDei?

**A** primo Divinitatis Politicæ gradu, venio ad secundum, sed qui dicit ad primum; ab eo tamen distinctus est. Qui se Deos nominare non audebant, fingeabant se Diis genitos, & SemiDeos, aut ut tragœdia Ovidiana loquar.

*SemiDeosq; Viros, Semivirosq; Deos.*  
 Notat illum inter alios morem Seneca l. 4. de Benef. c. 48.  
*Non est, quod Te isti decipient, qui cum maiores suos recensent, ubi cung; deficit nomen illustre, illicò Deum fingunt.* At pessimè Varro, Religionis Politicæ Architectus callidissimus apud Augustin. de Civit. Dei. lib. 3. c. 4. utile hoc esse civitatibus dixit, ut se viri fortes, etiamsi falsum sit, ex Diis genitos esse credant, ut eo modo animus humanus, velut divinæ stirpis fiduciam gerens, res magnas aggrediendas presumat audacius, agat vehementius, & ob hoc impleat ipsâ securitate felicius. Exempla ad eum locum notavit Ludovicus Vives in commentario, Scipionis & Alexandri. Ille nunquam elevari illam hominum existimationem

tionem voluit, quod Divino semine ortus esset. Apud Lucianum Alexander utile sibi ad res gerendas dicit fuisse, quod Filius Jovis Ammonis sit habitus. Timebatur enim, nec aliquis repugnare ipsi audebat, nempe quem crederent Deum. οἱ βάρβαροι, inquit, κατηπλάγματά τοις δεῖσις εἰναι ἀριστεροί, διόμενοι, θεοὶ μάχεσθαι. οὐ τοι εκεῖτεν αὐτῶν. Sed malè pereat profana illa Varronis Theologia, qui id tantum agit, ut vanā quādam Religionis specie Reipublicā imponat, eamque in ordinem redigat, de Religionis veritate interim securus. Non quidem Heroibus Divinum illud denegamus commercium, & plusquam humanos impulsus, quodque iis erecti mortalibus saepe viribus majora agant & audeant. Omnino enim Dei quādam vis hic est necessaria. Sed fabularum illarum gentilium causam non dicimus, quae hic nescio quos Dei & hominis concubitus somniant, ex quibus Heroes & SemiDei nati, quales plurimi Regū habebantur & colebantur. Propterea & Plato in Cratyle Ἡρώς deducit ab εἴσοδοι, quod ex amore immortalis Dei adversus mortalem feminam, aut immortalis feminæ adversus mortalem virum geniti videantur. Sed planè alia ratione Herōas vocat Hesiodus i. εἴη. οὐ γάρ ημίης. quod notum est: Labeo autem apud Augustin. de C. D. l. 2. c. 14. SemiDeos etiam Heroibus anteponit. In Apologia Plato dicit Dæmonas aut Deos esse, aut filios Deorum nothos ex Nymphis. Quare mihi non persuadet Steuchus, Platonem hæc serio non dixisse, sed tantum ceu quasdam Poëtarum fabulas allegasse. Ita enim ille sentit in libro octavo aeterni operis. Nec rectè Vossius contrariæ illius sententiæ Platonem defensorem facit, quod illi in mentem nunquā fuit: Illud enim Platonis in Symposio: Ηρός δέ αριστος δι μηνοντα, Vir summus interpretatur de cōmixtione

ne Venere à Inst. Orat. l. i. c. 2. sect. 5. cum de quolibet commercio Plato intelligat. Verum sensum dabit locus integer. Ita ille habet: θεος δὲ ἀνθρώπῳ μίγνυται, ἀλλὰ οὐ τέττα ποσι εἰν οὐδὲ μιλία καὶ οὐδὲ λεκτό. Θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, οὐδὲ ἐγγένεος οὐδὲ καζέύδεσσι. Καὶ οὐεὶς τῷ τοιαῦτῃ οὐφός, δαμόνιος ἄνηρ. Deus quidem homini non miscetur, sed per id medium commercium omne atque colloquium inter Deos hominesque conficitur, & vigilantibus nobis & dormientibus. Quicunque barum rerum peritus, daimónios id est felix Vir & sapiens nuncupatur. Sed quicquid illarum fabularum tam apud Philosophos gentiles, quam Poetas reperitur, omne id originem ducere puto à loco illo apud Moylen Genes. 6. v. 1. non recte intellecto. Cui accessit Scriptum illud ὑπεροι-μάνιον Enochii, quod illam rem multo cum apparatu tradit, cuius fragmentum exhibit Annotationibus suis in Eusebium Scaliger & Athanasius Kircherus in immortali opere Oedip. Aegypt. Gymnas. Hierogl class. 2. Gramm. c. 2. §. 4. p. 69. Illi בְּנֵי־הַאֲלֹהִים quos Angelos plurimi interpretantur omnes has fabulas extuderunt. Certe in errorem duxit etiam SS. Patres, Lactantium, Augustinum, Tertullianum &c. Confirmat quoque Joseph. I. i. Antiq. c. 4. Confirmavit ipsa LXX Interpretum versio, quæ in multis exemplaribus habebat: Αγγελοι θεοί. Theodoritus contra illos quam maximè pugnat, & per filios Dei intelligit filios Seth, qui ita ob eximiam illorum pietatem dicuntur. At Chrysostomus filios Seth, per quos intelligit μωάντας, ηγάσας, υψηλάς interpretatur filios Dei: Filios autem Cain πατεῖντες. Locum integrum tibi dabit Steuch. comment. in Genesin ad illum locum. Hoc præclarè illustraret sententiam illam veterum, qui proceram Heroibus suis staturam assignabant, & propterea pulchros

pulchros illos vocabant, ipsos quoq; Deos augustiore  
 forma hominibus apparere credebat, ut & quidpiam  
 divini hoc in principibus viris putarint, si illi commu-  
 nem staturam excederent. Secundum eam Indi &  
 Aethiopes reges suos eligebant, quod nec ipse improbare  
 Aristoteles videtur: Nam lib. i. de Rep. c. 4. ait. Εἰποῦσι Φαρεγὸν, ὃς εὶ πολὺτον γένοντο Δέλφοι τὸ σῶμα μόνον,  
 οὐσιν αἱ τῶν δεῶν εἶνες, τὰς υπελεπτύμενας πάντας Τάιεν ἀντίστησι εἴ-  
 ναι τάπις δύλευειν. Nam hoc quidem in promptu est; si qui  
 nascantur, tanto aliis corpore excellentes, quanto simu-  
 lacris hominum antecellunt Deorum imagines: reliquos ab  
 omnibus dignos pronunciatum iri, qui bis serviant. Sed  
 de hoc alibi differemus luculentius, & redimus ad  
 nostros Semideos, quorum historia accuratius nobis  
 pertexenda erat. Platonem certe, divinissimum  
 Philosophum, fabularum illarum assertorem vidimus,  
 nec negare id possumus, quamvis labem illam ab eo  
 amovere tentet Steuchus. Sed profecto non tam indignè  
 ideo tractari meretur Summus Philosophus à Bangio,  
 qui in Cælo orientis ob hæc & alia quædem de Dæmonibus  
 asserta, Philosophiam ejus vocat impuras scaturigines,  
 detestandam, impiam: cum tamen nec pia magis lucem  
 aspicerit; nec Platoni magis imputari ille Error possit,  
 quam ipsis SS. Patribus, qui ipsi errores illos admiserunt.  
 Variè Heroes illi & Semi Dei à veteribus dicti sunt. Vel  
 enim intelliguntur Homines à Diis geniti, quales  
 Aeneas, Romulus, & alii; vel qui ob præclara vel  
 merita vel inventa coelo transcripti sunt post mortem.  
 Dicti etiam sunt ita Genii, Dæmones, Lares, imò omnes  
 post mortem animæ. Sed his omnibus enumerandis  
 otium nostrum non impendimus. Dicemus aliquando. *οὐδὲ τεῖχος*  
 in tra-

in tractatione de *Heroibus*. Sed quicquid demum sit  
de illis seu fabulis seu sententiis veterum, non illas, uti  
referuntur, omnino intelligi debere mihi persuadeo.  
Multa danda colori illi Poëtico, qui forte nihil aliud in-  
tendit, quam ut illud Principum & præstantissimorum  
virorum cum Deo commercium exprimat luculentius.  
Ita putat quoque Gellius libr. 15. c. 21. Ita ipsos Poetas &  
Homerum in primis explicat Aristoteles *Etb. Nicom.* lib. 7.  
c. 1. quem locum, quia ad rem nostram maximè facit, ad-  
scribamus: Πρὸς ἡ τὴν μάλισταν ἀρμόσθοι λέγειν τὸν περ  
ἥμας δέσποτην ἥρωεκίνην πατέρα νομίζειν, ὡσπερ Σύμηος τοῖς Εὐπερ  
πεποίκη λέγονται τὸν Πειλαμον. ὅτι σφόδρα γὰρ αἰσθασθεῖσι,

--- --- --- 808 eōneis

Ἄνδρός γε θυγᾶτος πάτης εἴμι μεναι, αὖλα θεοῖσι.  
ώστ' εἰ, καθάπερ Φασίν, εἴ τινας γίνονται θεοὶ δι' ἀρετῆς υπερβο-  
λὴν, τοιαύτη τις εἴναι δηλονότι η τῷ Ιησοῦσσιν αὐτοτιθεμένη εἶχε.  
Feritati autem aptissimè dicere possumus opponi eam, quae supra-  
nos est, heroicam quandam ac divinam Virtutem: quemadmo-  
dum Priamum Homerus de Hectore loquentem facit, quoniam  
bonitate ac virtute præstabat:

--- --- --- namq; illum haud esse putares

Mortali genitore satum, at genus esse Deorum.

Itaque si (ut ajunt) propter excellentiam præstantiamq; virtutis Diē  
ex hominibus efficiuntur, talis erit profectus animi habitus, qui  
habitui illi ferino opponitur. Hæc causa illa forte dici pos-  
sit, cur Heros inter Deos & homines medius esse dicatur,  
cur ille, ut Lucianus ait, εἰς ἀρδεῶν τοῦ ιησοῦσσιν  
singatur, quia conditionem hominum altius super-  
gressus divinoq; numine actus ea agit quæ intendit,  
quod certè de Principibus, in quibus singularis illa Dei  
cura ejusq; impetus in omnibus elucet, quam verissi-  
mum.

--- --- ---

num. Vide sis Andream Gorritium de *probidente divin.*  
*lib. 12. c. 2.* Sed supersticio inde fabulas illas pro quādam  
 Theologiæ parte assumpsit. Hinc illi Jovis, Martis & alio-  
 rum filii. Imò ex hoc fonte omnes Dii. Hinc familiæ veter-  
 rum à Diis traxerunt Originem, quod inter alios notat  
 Heins. in *Aristarch. sacr. c. 1.* Ab Hercule ἡρακλεῖδαι, ab Apol-  
 line ἀπλωνίδαι, ἥγη ἀπλώνιοι, à Neptuno ποσειδώνοι, à Jove  
 Διοὶ καὶ Διογενᾶς. Putat ergo eo in loco Heinsius, Δένιον  
 dici, quasi διὸς οὐτός : Illum postea uno vocabulo ap-  
 pellatum esse Διόνυσον, ex eo postea Διόνυσον esse factum. Ea-  
 dem in sententia est Vossius in *de Idololatr. l. i. c. 19.* ad-  
 ditq; illum Liberum dici, quod sit filius Jovis, uti κόρη Pro-  
 serpina, Libera seu filia. Hinc sunt illi Αἰόνεσαι, quo no-  
 mine potissimum Castor & Pollux notati; idq; Αἴόνης αὐ-  
 ὄπειαν ut loquitur Apollodor. Biblioth. *lib. 3.* plurimos ta-  
 mene ejus nominis fuisse dicit Cicero *lib. 3. de Nat. Deorū,*  
 quorum quidam *Anaces* dicti. Plutarchus in *Theseo Casto-*  
*rem & Pollucē eodē nomine vocat, à quo Cicero illos ex-*  
*cludere videtur.* Idem quoq; Theodoritus asserit *lib. 8.*  
 Græcanicarum affectionum. His Dioscuris templum  
 Ανάκειον & festa Ανάκεια Athenis dicta. Unde autem illi *Ana-*  
*ces? An ex Hebræo פָנִים Anakim? quo modo dicuntur vi-*  
*ri principes & strenui, qui genus ducebant à gigante פָנָן*  
*Anak.* Ita Placet Vossio de *Idol. l. 1. c. 8.* & Bocharto Geogr.  
*sacr. part. 2. lib. 1. c. 1.* qui Asterii cuiusdam Herois memi-  
 nit è Pausaniâ in Atticis, cuius Pater fuerit *Anax* terræ  
 filius, Eustathius ejus in Iliad. a. meminit, qui cœli & ter-  
 ræ filium nominat. Inde factū esse putat Bochart. quod  
 apud Poëtarum antiquissimos nomen Αἴας in honore sit  
 tanquam sacrū & augustum regibusq; & heroibus pecu-  
 liare, & Dioscuros ideo Αἴαντες dictos, quod statuē & ma-

D

jestate

jestate cæteris mortalibus antistarent. Vide & Reinesium *ἰστορίαν*: Lingv. Punic. c. 8. n. 16. Ouzel, ad Minuc. Felic. p. 126. Ad Historicos jam & Poëtas si accedimus, semper divina illis in ore generatio: Theocr. Ecl. 7. En diōs ἔργον, ex Joveramus vel surculus. Ita Mamertin. Paneg: Maxim. c. 2. Siquidem vos Diis esse genitos, & Numinibus quidem vestris sed multò magis virtutibus approbatis, quorum infatigabiles motus & impetus ipsa vis Divinitatis exercet, quæ nos tantis discursibus toto quem regitis orbe dedit. Homerg vocat Viros Principes διορέφεις Jove nutritos Iliad. a. ubi Eustath. Διορέφεις τὰς Βασιλεῖς λέγει, ὡς τόπῳ καὶ διορεύεις. Huc spectat & illud, quod apud Barthium est *Advers. l. 1. c. 18.* qui Martiale Epigrammate 27. l. 10. quod in Diodorū scripsérat, nota re Domitianū putat, quia Diodorus sit à Jove datus, quod perpetuum Regum epitheton. Ælianuſ initio πεπηῶν Hadrianum Cæſarem Filium Dei vocat: ἀνηγέτωρ καὶ μέρη, viē ἡγε, Aðpiavē osβasē. At aliā ratione hoc accipi debere, quam vulgo accipiunt interpr̄etes, putat Barth. *Advers. lib. 7. c. 3.* Non enim Filium summi Dei vocat, sed Antecessoris sui, quem Deum indigitat. Eā ratione Ausonii Jovis filium illi vocare videtur Antoninum Oppianus Cynegeticōn primo:

Αυσονίας ζηνὸς γλυκεῖν διάλογος, Αντωνῖνε:

Cognitionem quandam inter Deos & præclaros viros statuit Cicero, rejectis illis fabulis & absurdis philosophorum quorundam traditis, quæ sanior est sententia. Ita ille *l. de Nat. Deorum*: Sed tamen quis iste tantus casus? unde tam felix concursus atomorum, ut repente homines Deorum formā nascerentur? Semina Deorum decidisse de cælo in terras putamus, & sic homines patrum (ID EST DEORUM) similes existissē? vellem diceretis: Deorum cognitionem agnoscerem

rem non invitum. At hæc Stoicorum fuit sententia, de origine primi hominis, de quâ Lipsius Physiolog. Stoic. lib. 3. disserr. 3. pluribus agit. Illam Cognitionem Philosophomnes intendunt, ad illam obtinendam præceptis instruunt. Hoc est, quod Imperator Antoninus vocat οὐλὴν Ἰησοῦς, Ἰησοῦς οὐμπλιπύεθαγ. Huc illud Manilius spectat Astron. l. 2. quod nemo possit reperire Deum, nisi qui pars ipsa Deorum est. Ita modestè & præclarè Deo proximum Trajanū vocat Eutrop. lib. 8. Ob hæc, inquit, per orbem terrarum Deo proximus nihil non venerationis meruit, & vivus & mortuus. Inculcat illam cognitionem Pythagoras, Plato & alii, qui Sapientem Deo cognatum esse pronunciant. Inde factum, ut ipse Pythagoras, cum se Deo cognatum haberet, pro Apolline & Apollinis filio cultus sit, referente Jamblichio. lib. 1. c. 27. & 28. & Philosophi Pythagorici, qui illum suum Doctorem pro Deo coluerunt, Theologi diciunt, de quo vide Barth. Advers. lib. 5. c. 7. Inter Principes Augustus quoq; vocatur Divis bonis ortus ab Horatio lib. 4. Carm. Od. 2. Imò Adulatores illum planè Deum esse dicebant, sed personam hominis induisse, ad orbem pacandum, quid enim aliud vult illud ejusdem Horatii lib. 1. Od. 2?

Sive mutata juvenem figurā  
Ales in terris imitaris alme  
Filius Maja, patiens vocari  
Cæsar is ultor.

Quare & precatur ibi Horatius, ut serus cœlum redeat. Sic deinceps alii etiam principes cœlo missi, & cœlum redire dicebantur. Notissimum est Cœlo lapsos dictos fuisse Principes, Viros eximios, & bene de Republicâ meritos. Cicero pro Pompejo: Pompejum omnes sicut aliquem

non ex hac urbe missum, sed de cælo lapsum intuentur. Ammian.  
lib. 22. loquens de Juliano Imperatore: Effundebantur etas  
omnis & sexus tanquam de missum aliquem visura de cælo. Apud  
Homerum Iliad. 6. Græci putant Hectorem εξ ουρανων  
deinceps descendisse à cælo. Imo id loquendi genus nec inus-  
tatum erat de rebus aliis, quæ propter præstantiam suam  
admirantibus tales titulos extorquebant. Ita Statius de  
Equo Domitiani --- --- --- cœlone peractum

Fluxit opus?

Talia singuntur illa Imperiorum nonnullorum insignia  
cœlo lapsa, ut Ancile Romanorum, & illa Scythici Regni  
insignia, aratrum, jugum, securis, phiala, de quibus Her-  
odotus lib. 4. quemadmodum hodieq; servantur apud  
Gallos sacræ illæ ampullæ & oleum cœlitus missum, quo  
Reges inunguntur, quam ut fabulam historicis ar-  
gumentis refutat Chisletius in disquisitione de Ampul-  
lā Remensi contra Tenneurium ejus traditionis asserto-  
rem. Idem de Liliis, quæ inter Gallica insignia sunt, aliqui  
fabulantur, de quibus vide Limnaūm in notitiâ Regni  
Francici lib. t.c. 10. & in primis Goropium Beganum Franci-  
corum lib. 4. qui hic mira (ut solet) comminiscitur. Nobis  
alia de iis reb⁹ differendi erat occasio: nunc de his obiter.  
Vidimus ergo, quod de Cœlo venire dicantur Heroes &  
Reges, quæ etiam post mortem redire creduntur. Sed &  
hoc hic monendum, quod ipsius Cœli filii habebantur.  
Saturnus, prim⁹ Italiz Rex cœli & terræ filius credebatur,  
de quo Tertullianus Apolog. c. 10. Tamen si homo Saturnus,  
utiq; ex homine, & quia ab homine, non utiq; de cœlo & terræ.  
Aliam ergo causam subnecet, quare ita dicatur. Cujus,  
inquit, parentes ignoti erunt, facile fuit eorum filium dici, quo-  
rum & omnes possumus videri. Quis enim non cœlum & terram  
matrem

29

matrem ac patrem venerationis & honoris gratia appeller, vel ex consuetudine humana, quā ignoti, vel ex inopinato apparen-  
tes de cælo supervenisse dicuntur. Cui addit & illam, libro  
ad Nationes lib. 2. c. 12. Rudes tunc agebantur & oculi & men-  
tes hominum, ut cuiuslibet viri novi aspectu, quasi divino com-  
moverentur, nedum Regis & quidem primi. Vide Lactant.  
lib. 5. divin. Inst. c. 8. Atq; hæ illæ duæ rationes à Ter-  
tulliano allatæ, quare Saturnus cœli & terræ filius dica-  
tur, quarum prima est communis omnibus, quam Se-  
neca pulchrè exprimit. lib. 4. de benefic. c. 23. & Natural.  
*Quæst. lib. 6. cap. 16.* altera causa est venerationis. Ter-  
tia quam idem Tertullianus l. 2. c. 12. ad Nat. addit, est ne-  
cessitatis, quod scilicet ita dicti, qui spurii & incertis pa-  
tentibus nati. Et sancè insolens non est infamiam origi-  
nis illo mendacio apud gentes tegi. Vide Rupert. Obser-  
vat. in Flor. l. 1. c. 1. §. 1. Eos quoq; Solis filios dixerunt, uti  
Circe Solis filia dicta est, Plaut. in Epidico. *Hanc affererent*  
*Circen Solis filiam.* Huc pertinet, quod Lipsius refert lib.  
de Vestalibus c. 15. In tractu Peruano Virgines templis di-  
catas, si corpus polluissent, morte multari, nisi è sole  
se concepisse sanctè adjurassent. *Quorum* quidem ho-  
minum generatio à communi generatione ita differre  
videtur: quod cum Philosophus ad generationem ho-  
minis requirat Iolem & hominem; illis, excluso homine  
patre, solus sol sufficiat. Aliter tamen judicarunt de Sa-  
turno Steuchus, Goropius Becanus Hermathenæ lib. 2.  
& alii, quorū hic Adamum vel Noachum, ille etiam  
Dei quoddam nomen in illo quærit. Quæ quidem o-  
mnia non de nihilo, multa tamen illorum conjecturis  
audacibus plena, & nunc à nostra dissertatione aliena.  
Distinguebantur ab illis, Deorum Cœli & Solis filiis, qui

D 3

folius

solius Terræ filii dicebantur, quo nomine plerumq; scelerati, impii, ac Deorum contemptores veniunt, uti & qui obscuræ originis. Ii sunt, qui Gigantes vocantur, cuius vocis variam acceptio nem in sacris nemo melius explicavit Theodoreto, quem locum alibi notamus. Qui Fraterculus Gigantis juvenali dicitur, idem est Politian. Misc. c. 18. qui terræ filius. In Sacris sine dubio sunt illi, qui vocantur בְּנֵי־הָאָרֶם qui opponuntur illis בְּנֵי־הָאֱלֹהִים. Confer Genes. 6. v. 2. & Gen. 11. vers. 5. quod posteriori loco ita vocantur, qui turrim Babel extruebant, quos illos οὐεντούχεις, quorum Gentiles meminerunt, fuisse unanimis fere omnium consensus est. Vide quid ad eam rem dicat Vir Clarissimus Bochartus in Phaleg. lib. I. c. 13. Interpretari tamen amat Dickinsonus in Delphis Phœnicizantibus cap. 4. de Cananæis contra Israelitas pugnantibus. Ad nos illa lis nunc non spectat. Vide quoque, si lubet, quæ eruditè de Gigantibus commentatur Boganus in Epistolâ Delphis illis Phœnicizantibus præmissa, nam legi merentur. Germani etiam Tuitonem Deum terrâ editum celebrant, quod refert de illis Tacitus, quem aliqui Regem illorum fuisse interpretantur. Philippus Cluverus Germaniæ antiquæ lib. I. c. 9. Deum ipsum interpretatur, & filium ejus Mannum Adamum. Sed scribendum esse putat Ibeuth. Verum vereor ne magis acuta, quæ vera sint, quæ tradit Georgius Hornius, qui Historiæ Philosophicæ lib. 2. cap. II. Illum Chaos sine תּוֹהוּ Thohu esse vult, quod non solum significat Chaos, sed ipsum illud Latinum nomen de se format, quod antiquis Latinis, teste Festo erat Chohum, unde vox inchoho. facilis enim Thau in Chet transitus, de quo eruditè disserit Stenochus in Collo-  
smo.

smopœia in Genes. c. 1. fol. 6. l. t. D. Alios quoque apud  
 Germanos Heroas invenio; Semideos, qui Anses  
 vocabantur, sive die Hānse. Ita enim Jornandes lib. de  
 rebus Geticis c. 3. nominat, qui illud nomen illos ex con-  
 flictu cum Romanis sortitos fuisse memorat. Proceres,  
 inquit, suos, quasi qui fortuna vincebant, non puros homines,  
 sed Semideos i. e. Anses vocavere. Idem quoque Procopius  
 confirmat. Kilianus in Dictionario addit aliam ejus  
 vocis significationem: Hans Collega, Socius. Et est quo-  
 que vox Hanza vel Hansa quæ fœdus significat, unde ali-  
 qui urbes Hanseaticas dictas volunt. At Eques Spel-  
 manus in eruditissimo Glossario, ex Tilio in Comm. de  
 rebus Gallicis libr. 1. adducit, semper fœdus vel conven-  
 tionem in antiquis monumentis dici Ausen, non Ansen:  
 & urbes Hanseaticas à Gallis dictas les villes de la Haute  
 Teutonique, qui & Franckausen (conventum liberum) di-  
 ctum vult. Unde per Syncopen Francken. Sed ad ipsum.  
 Certum tamen est Heroas Germanorum fuisse die Han-  
 sen/de quibus præterea yide Pontanum Rer. Francicar. l. 2.  
 fol. 162. Supersunt nobis nomina Anshelm/ i. e. galea Viri  
 magni, der Helm eines grossen Hansen/ Ansbrecht/ Ansfried/  
 Answald. Nugatur pro more suo Martin. in Lexico-E-  
 tymologico, qui vetus illud Hans à Latino bonos dedu-  
 cit. Non consentio Pontano, qui Ansuarios eosdem facit  
 cum Hansis, quos cum his nil ego habere puto commer-  
 cii. Malè enim Codices legunt pro Ansvariis, quo-  
 rum meminit Tacitus Annal. XIII. qui eos pulsos à Chau-  
 eis ad Rhenum in Usipiorum fines venisse narrat. Anti-  
 qua ergo illorum sedes inter Amisiam & Albim fuit. A-  
 liqui scribunt Amsibarios. Quod si rectè nomen ita per  
 (m) scribitur facile conjicere licet illud nomen esse ab  
 Amisi

Amisiâ flumine, ut sint die Varen an der Aemse: nam & vox Bar apud antiquos Germanos Heroem notat. Sic enim Autor des Heldenbuchs part. 2. bcy den gar füñnen Varen/vel virum quemcunque, ut ibidem: den elend reichen Varen/i. e. miserymū Virum, quod & ex compositis illis elucet: Wehrbar/Mundbar/Ehrbar/ubi Bar idem est quod Mann / ut in vocibus, Schwerdman/ Herman / Erdman &c. V. Marquard. Freher. l. 2. c. 12. not. ad libr. Petr. de Andlo. Pro filio quoque accipitur, ut in eodem Autore des Heldenbuchs: der kleinen Magde Varen/ i. e. Christus. Inde Baronum nomen descendit. Aut si hoc non placet, dicas illos dictos, quasi die Vahren sive Vuhren an der Aemse/Vaur/enim, quod est à priori Bar/colonum significat: vel die Aemsefahrer/ die an der Aemse fahren.

Sed redeamus ad Principes nostros Semideos & Diis genitos: de quorum generatione ipsâ, & quædam hic dici possent. Variis enim figuris Dii se induisse singuntur, ut cum hominibus rem habere potuerint. Adfero nunc modum illum, quo in Dracones se transformare & sub illorum specie hominibus concubuisse crediti sunt. De Alexandro M. notissimum est, matrem ejus à serpente ingentis magnitudinis conespisse, quod Justinus refert lib. u. c. ii. Idem de Scipione tradit Gellius l. 7. c. 1. Unde & perswasio illa divinitatis orta. Cæterum obtinuit ap. multas gentes illa Draconum divinitas, quæ sine dubio ab antiquo illo Dracone introducta. Multa eruditæ è collatione literaturæ profanæ differit Steuchus in c. 2. Genes. p. 71. & seqq. quem ante omnes vide. Heroibus illi erant consecrati, quod Plutarchus in Cleomene observat: οἱ παλαιοὶ μάλιστα τὸ ζῷον τὸ δράκων τοῦ ἡγεμονεύειν. Philostratus in Heroicis quoq; de Dracone Aiaci Locrensi famili-

miliari scribit. Et eruditissimus ille Somniator Oneirocr. l.2. c.13. regni præsagium habet Draconem in somnis visum. Vide præterea Pier. Valerian. Hieroglyphicor. lib.15. Rerum Naturalium Scriptoribus multa traduntur de Draconum erga feminas nonnullas amore, cuius insigne exemplum legas apud Cœl. Rhodigin. L.A. lib. 25. c. 29. Qui si accesserit talis aliqua superstitione, non mirum tam monstrosas excogitari fabulas. Non videtur falli Dionys. Vossius qui commentario in R. Moys. Maimonid. de Idololatr. c. 6. n. 4. ideo Cadmum in Dracōnem mutatum singi putat, e jesusq; figuram sepulchro ejus insculptam esse, quod relatus sit inter Semideos. Notavit idem eā de re loco illo plura.

Sed valeant hæ fabulæ. habeat suas sibi res vana illa Idololatria. Semideos illos inter Principes non agnoscamus. Sit illa Draconum proles, imò Dæmonum. Sed vis Semideos dicere, qui vitam divinam in terris agunt? Non repugno: at malim ego tum Deos. Audiemus tamen & ultimo loco Goropii Becapi de eā voce judicium. Is Hermathenæ libr. 7. Rectissime, inquit, divinum boni-  
num genus Heroas dixit Hesiodus: eò quod omnis suprema Reip. gubernanda potestas à Deo proficiatur; sintq; principes non so-  
lum populi & communitatis totius capita, sed etiam SemiDei qui-  
dam, quibus nimirum, uti Diis, & honor & obedientia debetur,  
ipso Christo & D. Paulo sic fieri oportere demonstrante. Hæc vera  
est Heroici nominis & dignitas & interpretatio: à quâ, ut à totâ  
ferme reliqua Theologia prisca veritate, vana superstitione & fœda  
idolomania longissime Poëtarum ingenia detraxit.

CAP. III.  
PRINCIPES DIVI.

*Principes post mortem consecrati, Divi. Defunctorum cultus. Lares publici Principes. Idem Diis tutelares, Patrii, Indigetes. Principum consecratorum locus in cœlo, Πάραδεισοι, σύνθετοι dicti. Circulus Latens illorum sedes. Heroici & Divini cultus differentia. Germanorum Reges. Diu Ritus Consecrationis. Ad quid ille apparatus? Consecratio miraculis & juramentis facta confirmata. Illa Consecratio omnis Idolatriæ causa. Diu Gentilium omnes homines: Saturnus, Jupiter & Ceteri. Philosophi tamen sub illorum nomine Deum verum expressere. Jupiter summi Dei Nomen. Veritatis Divine in ipsa Gentili Theologia umbra.*

**V**Idimus Deos illos politicos modo exesse, modo ex semisse tales, sed quorum divinitas non ultra ætatem illorum duratura videbatur. At ingeniosa fuit hic Idolatria, quæ sedulo cavit, ne mortales suos haberet Deos; nec satis visus fuit temporarius ille cultus, nisi quoq; iret in secula. Imo anticipabat ipsa fata illa ~~debet~~, dum Principibus illam quasi quodam repræsentationis jure offerebant vana ingenia. Stultâ illâ divinitatis affectionem Alexandri Magni ignorare nemo potest, qui vivus consecrari voluit, quâ fovebat Cleonis illa adulatio, quam tamen gravi illo & sapienti suo supercilie retudit Callisthenes, uti hæc ordine illo traduntur à Curtio lib. 8. In quo sane nimium quantū à Philippo Parente versus filius, cui à puero, ad id constituto, cotidie mortalitas in memoriam revocabatur. Qui post fata in Deorū numerum referebantur, Divi vocabantur, quo nomine Julius Cæsar in primis donatus est: quandoquidem illum Augustus primum consecravit, unde & ~~regerat~~ apud Julianum

Julianum

Julianum appellari creditur, ipseq; Cæsar *Numen Augusti* vocatur, & Inscriptio vetustissima, quam citat Vinetus ad Ausonium, Augustum vocat *Divi filium*. Sed mirum non est Imperatoribus illum exhibitum honorem, qui & defunctis omnibus fuit delatus. *Apud Cic. lib. 2. de LL.* lex illa est: *Letho datos divos habento*. Sed alia tamen ratio istius cultus est, qui quidem sanctos & divos habebat defunctos, inter summos tamen Deos non locabat: Indignum enim illis videbatur Principes communis tantum animarum jure censeri. Quæ à familiis consecabantur & colebantur, hi Lares familiares, *hœves nannidio*. Principum autem, quia publicum nomen & officium, publicus erat etiam ante ipsos Deos cultus. Et hi quoq; Lares publici dicti, quos inter privatos Lares locabant & unâ cum iis colebant: qui ritus explicat locum illum Horat. I.4.Od. 5: *& Laribus tuum Miscet Numen: circa quem tot interpretes palparunt*. Lares publici dicuntur in veteri monumento Romæ in viâ sacrâ effosso. *Lares Augusti & Cæsarum* alibi dicuntur. De his Laribus publicis, vide quæ habeat Boxhornius *Quæst. Roman.* 6. Quia ergo sibi gentiles persuadebant: animas Principum in cœlum receptas, adhuc curare res humanas, ac præcipue ejus populi, cuius imperio præfuerant, illos summo divinitatis honore afficiebant, & pro Diis Tutelaribus suis habebant. Pro iis videtur accipi in veteri Lapide, in quo *Lares Civitatis Puteolorum* dicuntur. Ex eo forte est, quod apud Thuscos veteres *Laris* vox ~~sæcūli~~ sive præsidem notârit. Unde iisdem *Lars* populi Princeps, qui duodecim Lucumonibus imperabat. De quo Lartis nomine vide Robortellum in *Annotationib. variis. c. 6.* & *Sigonium Emendat. lib. 2. c. 9.* Inde Nannius *Misc. lib. 5. cap. 12.* Anglo-rum

glorum Lordas seu Dominos esse putat; quod quā ratione credere possem vellem nos doceret. Verosimile forte es-  
set, si credendum quod Mylius de antiquitate Linguae Belgicæ c. 20. evincere conatur: Linguam illam Celti-  
cam & Belgicam, Aboriginum linguā antiquiorem esse. Vide tamen, quid de nomine Laris pro suo more medi-  
detur Gorop. Becanus in Hermathen. lib. 7. p. 159. Variis  
jam nominibus notabantur Principes in Deos translati,  
propter munus illud tuendi patriam. Dicebantur Ἰτάνοι  
Πατέρων καὶ έγχώρεια, Dii Indigetes, cujus nominis ratio-  
nem doctè persequitur Vossius in Etymologico, & de  
Idololatr. lib. 1. c. 12. quæ hic non repetimus. Vulga-  
res illæ & plebejæ animæ intra Lunæ Circulum subsiste-  
bant. Illa Dæmonum & Heroum classis, seu SemiDeo-  
rum, quemadmodum Martianus Capella lib. 2. illas di-  
stinguit. A Lunâ ad Solarem globum Locus erat secun-  
dæ beatitatis mentibus, A Solari Circulo ad Cœlum  
summum, Deorum & Cœlitum sedes constituta.  
Huic Regioni Jupiter præsidebat, cœteris Sol & Luna.  
Quare non oportebat Principum animas inter vulgares  
illas locari. Illi πάρερποι Deorum siebant & οὐρανοῖ &  
quasi assestores. Erat Synodus & Collegium Deorum,  
cujus præses Jupiter. Vetus inscriptio: Jovi Optimo Maximo  
Cælestino Fonteius & Minerva & Collegio sanctissimo. Colle-  
gium è duodecim Diis constabat, quos magnos appellab-  
ant, in quorum numerum qui referebantur πάρερποι με-  
γάλων θεῶν dicebantur. Hi Jovis Consiliarii Consententes vo-  
cati, & ipsum Synedrium Consentium. Sic Lucianus He-  
phæstionem Divum factum vocat πάρερπον & αλεξίναν θεὸν.  
In veteri inscriptione Antinous dicitur Κυθεροῦ Θεός. Tis ē  
Ανύπτω θεός. Hi Latinis novemfides vel novemfides di-  
cti. De-

cti. De his vide amplius Salmasium in *Ælium Spartan.*  
*p.38.* cui loca hæc debemus. Atque illi Assessores Deum  
facti, Collegio & Concilio Deorum cœlesti intererant,  
quod circa viam lacteam haberi credebatur, ut ex Ovidio  
& aliis discimus. Quare etiam Circulus lacteus Heroum &  
Principum defunctorum sedes credita, in quo duæ cœ-  
li portæ à Pythagorâ & Platonicis fingeabantur: una Can-  
cri, à quâ in terram animæ redeant; altera Capricorni,  
per quam animæ cœlum repetant, de quib⁹ Cœl. Rhodigi-  
nus *L. 1. lib. 15. c. 23.* pluribus agit: Manilius *lib. 1. Astronom.*  
reddens rationem: cur lacteus circulus nitescat crasso lu-  
mine; hanc quoque memorat: quod Heroës ibi habita-  
cula habere dicantur. V. *Macrob. l. 1. c. 5.* in *Somn. Scip.*  
*Turneb. l. 13. c. 2. & l. 26. c. 18.* Adi & Pontanum *comm. ad*  
*Ovid. Metam. l. 1. v. 108.* Sed distincti tamen erant divini-  
tatis gradus, & alii erant heroici, alii divini honores.  
Aliud *εραζιλεύν*, aliud *δημογεέν*. Illud conveniebat Heroi-  
bus: alterum est inter Deos referre. Solebant quoque cum  
primo honores tribuissent heroicos, etiam divinos decen-  
nere, quod Lampsacæ contigisse refert Plutarchus in  
præclaris mulierum factis. Spectabant sacrificia ad di-  
vinos honores, non ad heroicos, nisi illis casibus, quos  
expressit Vossius de *Idol. l. 1. c. 12. p. 96.* quem aliquis falsò  
carpit, objiciendo quædam autorum loca, quæ Heroi-  
bus sacrificatum dicant, quæ tamen non nisi de Dis mani-  
b⁹ capienda, nam ii quoque Heroum nomine veniebant.  
Apud omnes fere gentes hos Apotheoseos cult⁹ observa-  
re licet nec facile sunt, apud quas non ejus Idololatriæ  
deprehendas vestigia. Vastum illorum catalogum re-  
censet idem Vossius, libro eodem, cap. 13. Germani  
quoque reges suos consecrârunt. *Tuis̄to, Thent* sive *Ithet*

E 3

vel

vel quo demum nomine appellaveris, Rex Germanorum fuisse à quibusdam creditur, ab iis pro Deo cultus. Unde & nomen suum invenere Teutones, & ab eo se originem duxisse tradidere, non à *Dite*, ut Cæsar prodidit. Corrupit enim vocem, & ad Latinæ linguae conformitatemvocavit, quam non intellexit. Nec moror rationes, quas affert pro illo *Dite* Stephanus Forcatulus de Gallorum imperio & Philosophiâ lib. i. Tales fuerunt quoque è Regibus Dii *Porevithus*, *Rugievithus*. Tale Germanorum illud Idolon Irmensul, quod *Ditmarius* l. 2. Mersburgi ad Salam locatum fuisse scribit cum hac Inscriptione: DUX. EGO. GENTIS. SAXONUM. VICTORIAM. CERTAM. POLLICEOR. ME. VENERANTIBUS. Apud Romanos, Regum tempore, primus Romulus: Inter Imperatores Jul. Cæsar, consecratus. Quod pulchrè demonstrat æreus ille nummus à Goltzio & ab Adolpho Occone exhibitus, in quo Cæsar Divus cum corona radiata, quæ Deorum erat propria, & diademate regio effingitur, cum inscriptione: Γ. ΙΩΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ. Istius Consecrationis ritum, pulchrè expressit Dio lib. 56. Meminit Vossius & in primis Bulengerus de Imperatore Romano lib. 1. c. 6, 7. & 10, qui accurate persequuntur, quæ ad ritus illos spectant: quæ vide sis; neq; enim nos hic acta agimus. Maximè conducebat ille apparatus istorum rituum, ad id, ut magis persuaderetur populo, qui potissimum arte illâ capitur. Erant tamen & aliæ technæ, quibus imponebant vulgo. Jam singebantur quædam ad mentitam illam divinitatem confirmandam miracula, quæ si casus forte dederat, dolus illa pro ingenio suo ad religionem aptabat.

aptabat. Ita Solis defectio pro Romuli Consecratione adducebatur. Cometa circa J. Cæsar's obitum apparenſ idem præſtitit. Idem de ſidere quodam viſo prætendebat Adrianus, quod Antinoi animam eſſe putabat Vide Scalig. in Euseb. num. 2145. Jam producebatur aliquis & ſubornabatur, qui juratus diceret, ſe in cœlum euntem vi- diſſe, cum illo collocutum eſſe, hæc vel illa in mandatis accepiffe. De Romulo juravit Proculus: de Auguſto Nu- merius pretio ad tale officium emptus, quod refert Dio. l. 56. Has Gentilibus fraudeſ objicit præprimis Iuſtinus Apolog. 2. Jam mutata nomina, illis, ſi Diis placet, à Diis imposta, forte eam ob cauſam (ut putat Lactant. l. 1. c. 21.) ne poſteri putarent eos homines fuifſe. Eadem artes Pontificiorum, qui juramentis Conſecratis ſuis fidem fa- ciunt, quarum aliquot exempla ex historicis conſignavit Rupertus Observat. in Flor. lib. 1. c. 1. §. 18. quem vide.

Atq; hīc jam ſe aperit ille Oceanus, è quo tot Deo- rum agmina fluunt. Hoc illud Chaos, quod ferè omnia illa Gentilium numina produxit. A Conſecratis illis Re- gibus & principibus, omnis fere illa Idololatria introdu- cta. Suidas in voce Σέρυχ & Damascenus de Hæresibus p. 574. autores ſunt: Seruchum defunctos præſtantes viros adorari, & quotannis eorum memoriam celebrari jussiſ- ſe, & eorum nomina in ſacros commentarios referri, atq; Deos eos judicari, tanquam benefactores. Hinc primam ortam Idololatriam Deorumq; pluralitatem. Verè di- cūm, & quod res eſt! Jamdudum docuerat hoc Euhe- merus Mellenius, qui res gestas Jovis & cæterorum Deo- rum collegit, historiamq; compoſuit ex titulis & inscrip- tionibus ſacris, quæ in antiquissimis templis habeban- tur, quem ideo ut impostorem ſugillat Plutarchis in libr.

de Iſi-

de Iside & Osiride. Cicero ejus meminit quoq; lib. i. de Nat. Deor. Ab Eubemero & mortes & sepultura demonstrantur Deorum. utrum igitur hic confirmasse religionem videtur, an magis sustulisse? Sed laudat illum virum Augustinus de C. D. l. 6. c. 7. Operosè id agit Tertullian. Apolog. c. 10. ut demonstret: omnes Gentilium Deos esse ex hominibus factos. Idem in argumentum ejus rei trahit Aras illis erectas, quæ mortuis erigi moris erat in libr. de Spec. et ac. c. 12. Lactanti⁹ lib. 1. divin. inst. c. 11. putat Saturnum, cum potentissimus Rex esset, ad retinendam parentum suorū, memoriam, nomina eorum cœlo & terræ indidisse, P. Georg. Ambianas in Apolog. Tert. c. 10. observ. 3. putat Saturnum fuisse. Belum qui Nemrod, Jovis autem nomen fuisse Regium, ideoq; & filiis Nemrodi indiscretè communicatum. Ipsum primum apud Babylonios dictum Belum, qui Ζεύς Græcis teste Diodor. Sicul. lib. 2. Idem Diodorus Siculus lib. 3. c. 61. de Jove prolixè tradit, quā ratione sibi divinitatē acquisiverit. Adscribam eum locum: *Saturni filius erat Jupiter, qui contra quam parens rationem vita instituens, omnibus sese æquum & humanum præbuit, ob quod Patris quoque nomine à suis affectus est.* Is Regnum vel sponte à Patre concessum, vel à subditis odio Patris traditum accepit. Quambis autem Saturnus Titanum auxilio bellum illi moverit, prælio rāmen dicitur & rerum Dominus evasit Jupiter, & totum debinc orbem peragrans, bene de natione mortalium promeritus est. Et quia a rebore corporis & omni virtutis genere excellebat, facile totum sibi mundum subjugavit. In hoc in primis dabat operam, ut impios & sceleratos pénis, & beneficiis populum afficeret. Ideoq; exemptum rebus humanis ZENA à viverdo, quod Ζεὺς Græcē dicitur nominavit: eò quod bene vivendi autor hominibus fuisse. Quique meritis ab eo cumulati

mulati fuerant, hunc ei honorem rependerant, ut in superno collo-  
 catum mundo Deum & perpetuum totius universi Dominum pro-  
 pensis omnes studiis appellarent. Imò nullo seculo suum  
 defuisse Jovem usque ad tempora belli Trojani Vossius  
 asserit de *Idol. l. 1. c. 14.* Quare commune hoc Regum &  
 Principum fuisse nomen verosimile est. Nec sicut me  
 reri puto, quæ Xenophon ab Annio suppositus lib. de *Æ-*  
*quivocis c. 1.* assert: quod Saturni vocentur familiæ no-  
 bilium Regum, qui urbes condiderint. Primogeniti  
 eorum Joves ac Junones: Hercules verò nepotes eo-  
 rum. Demonstrat Augustin. *de C. D. lib. 18. c. 5.* è Varro-  
 ne Serapidem & Isidem potissima *Ægyptiorum numina*  
 homines fuisse, quos tamen homines dicere sub poena  
 capitali vetitum. Idcirco & simulacrum digito labris  
 admoto additum, quod mysterium quidem insinuaret,  
 indicaret silentium. Sentiebant hos dolos Philosophi &  
 Sapientiores, & fictam illam divinitatem tacitè ridebant,  
 non planè Veritatis divinæ ignari. Quare retinuerunt  
 quidem illa Deorum usitata nomina, ne vulgum illâ su-  
 perstitione captum, offendenserent: Ipsi interim sub illo-  
 rum nominum schemate, saniorem Theologiam, & in  
 Scholis docebant, & tacitè apud se foyebant. Cui sen-  
 tentiæ ad stipulatur quoque eruditissimus Cardinalis  
 Bessarion in *Calumniatorem Platonis.* lib 3. c. 8. Idem  
 tamen eodem libro c. 5. Jovis nomen extollit, & nullum  
 Deo aptius tribui nomen posse putat, cum id significet  
 quod vitam in se contineat, & cœteris omnibus præstet,  
 & sub hoc nomine Deus primum coli cœperit. Quis  
 non miretur & obstupescat ad tantam veterum Philosophorū  
 sapientiam, quam in ipsorum scriptis reperire  
 licet: Nam & ipsâ illâ sapientiæ professione erant

F

Theo-

Theologi, & indissolubilis illis erat Philosophiæ & Religionis nexus, de cuius infelici divorcio multa conqueritur Marsil. Ficinus in proœmio libri de Religione Christianâ. Imò ipsius illius veterum Philosophiæ nullus ali- us finis, quam cognitio & imitatio Dei. Tanta Veritatis vis est, ut in ipsis tenebris luceat. Quadrat hīc illud Polybii de Veritate effatum, qui in Excerptis lib. XIII. hæc habet: *Evidem exīstimo Naturam mortalibus veritatem constituisse Deam maximam, maximamq; illi vim attribuisse. Nam hæc cum ab omnibus oppugnetur, atque adeo omnes nonnunquam verosimiles conjecturæ à mendacio stent; ipsa per se ne scio quomodo in animos hominum insinuat: Et modo repente illam suam vim exerit: modo tenebris obiecta longo tempore; ad extremum suapte vi ipsa vincit obtinetq;, Et de mendacio triumpbat.*

#### CAP. IV.

### PRINCIPES ΘΕΟΣΙΔΕIS.

Princeps Θεοδης titulus optimus. Ἑρμοιωτε τῷ θῷ, Similitudo cum Deo omnis Philosophiæ antiquæ finis. Princeps Dei imago. Nomina Dei Principibus & Viru eximis apud omnes gentes imposita. Germanorum Heroum divina nomina. Vox Raret unde descendat. Sapiens antiquis Philosophiis Ιεόπνευστος. De imagine in nobis divina, & quæ illa cognoscenda & perficienda, veterum Philosophorū sententiæ expenduntur.

**E**navigayim⁹ istos Idolatriæ Politicæ scopulos, nunc Tranquillum illud Majestatis Regiæ mare se aperit. Quoties Dii dicuntur Principes, quoties Semidei, subest sub illo melle sæpe aliquod adulationis & Idolatriæ venenum. Aut si admittimus illos titulos, alia tamen ratione non admittimus, quam ut inferant alia quam

quam cum Deo similitudinem. Ad hoc unum ergo caput res omnis redit, & quod absq; illo dicitur mera impietas est. Summus ille & prægloriosissimus titulus: Princeps Θεοδης. de quo nunc dicimus. Atq; utinam ita dicere possimus, prout materia per omnes Philosophorum veterum campos diffusa, requirere videtur. Non potest illi, qui curâ diligentiori in veterum Philosophia versatus est, esse incognitum, quemadmodum illa imaginis divinæ in nobis perfectionem unicè pro fine habeat, huc omnia præcepta dirigat, omnem quasi viam sternet, ut mihi lætos interdum hos campos calcanti animus sæpe præ gaudio exultare videatur, dum in illâ quoq; umbrâ tot illustria divini luminis animadverto vestigia. Ita Plato, notante Laertio, finem Philosophiæ statuebat τὴν εἰρηνικῶν τῷ θεῷ similitudinem cum Deo, quod idem quoque singulis inculcat paginis. Ita Epicurus quoque Sapientem suum informat, ut quasi Deus quidam inter homines vivat, quod idem de illo Laertius lib. 10. Talis Laconibus θεός ἀνη vocatus. Hanc Aristoteles Sapientis vitam, ut solius Dei opus, effert 10. Eth. 7. Erit, inquit, sanè talis vitam melior, quam ut ferre posse hominis conditio videatur. & τὸ δὲ ἡ αὐθεωπός δέσμος, οὗτος βιώσας, ἀλλ' οὐ θεός οὐτε θεῖος οὐδέχεται: Non enim quā homo est, sic vivet: Sed quā ipsi inest aliquid, quod divinum sit. Quandoquidem ergo summa Viri sapientis in eo consistit perfeccio, ut ad Deum se totum dirigat, ejusq; voluntati conformis fiat: Princeps autem omnium sapientissimus sit, vel esse debeat, tum deniq; verus erit Princeps, si θεός ειδης. Illud pro lege servari apud Persas, quod Principem, ceu Dei effigiem honorent, laudat in primis Artabanus apud Plutarchum in Themistocle: Ημῖν δὲ μάλιστρον,

μων, καὶ παλαιῶν ὄντων, καὶ λιτός τὸς δὲ, ἡμῖν βασιλέα καὶ τερπνούνταν, ἐνότα θεός πάντας Κόζονται. Nobis cum multæ sint et pulchrae leges, hæc omnium est pulcherrima, quâ Regem colimus et adoramus, tanquam effigiem Dei servantis omnia. Quare Plato Regem vocat θεόν αὐτὸν εἰς αὐθεόπις: Divinum inter homines bonum. Xenophonti Principes sunt θεοί εἰς αὐθεώπιαν καὶ εἰκὼν ἔμυχος θεός. Ei quoque allusit Pythagoricus Diogenes apud Stobæum lerm. 147. cum scribit: ὁ γὰρ Βασιλεὺς δέχηται ἔχων αὐτοῦ πενθανοντας αὐτοῖς ὅν τόπον ἔμψυχον, θεος εἰς αὐθεόπις παρερχαμένος. Rex autem imperium nemini obnoxium habens vivusq; ipsa lex existens, Dei inter homines imaginem refert. Apud Sextum Empiricum Pythagoræum Regnum dicitur Dei imitationem in se complecti. Hoc potissimum argumentum arripit Synesius, pro instruendo Arcadio Imperatore in Oratione de Regno: Tibi, inquit, consentaneum in primis est, ut quem semel accepisti ordinem, nunquam deseras, neque eum nominis affinitatem pudendum facias, sed adeius imitationem te conferas, civitatesq; non solum omni bonorum genere cumules, sed etiam felicitatem, quantam potes in unumquemque subditorum effundas. Ita demum magnum Te Regem nuncupantes à veritate non aberrabis. Oportet ergo omnino Regem ad imitationem sublimioris potentiae temperari, ut regia illa potestas divinae antitypon sit verissimum, cum omnis imago seu representatio ad Archetypum suum referri debeat. Èa ex causa factum esse puto, quod in memoriam divini nominis, atque ut nomine ipso ad imitationem Dei ducentur, Principibus primo & Regibus, deinde aliis quoque nomina à Deo desumpta indita sint, quod plerisque omnibus linguis usitatum reperias. Ita Hebrei nominibus suis adjiciunt נ, ut Aldiel, Abiel, Duriel, Michael

ibael &c. Apud Latinos quoque multa talia invenies. Ita à Jove sunt: *Diocles, Diogenes, Diomedes, Dion, Diodes, Jobianus, Zenodotus.* A Junone: *Heron, Herodotus.* Ab aliis quoque Diis multa alia nomina, quæ cumulat Hugo Grotius principio Februorum in Martianum Capellam. Germani quoque prisci à Deo liberis imposuere nomina, quem *Teut/Deut* & *Dit* vocant ut *Ditbrecht/Teutberg/Ditfried/Dithelm/Dither/Dithold/Ditdegen/Teutlieb/Deutmar/Deutram/Ditrich/Teutwald/Ditpold/Teutewick.* Hæc nomina nunc expressius dicimus, *Gottart/Gotschalch* (Dei Minister) *Gottlieb/Gottfried* & similia. V. Harßdörffer. Specim. Philolog. German. disquis. XI. §. 41. Reinesius *Isagorpa*. Ling. Punic. c. 7. de Poenis idem notat, quod nomen numinis sui Baal Ducibus suis addiderint: ut *Adherbal, Asdrubal, Annibal, Manasabal, Ethobaal* &c. quod more Celticarum gentium factum afferit, qui Duces suos & autores primos pro Diis coluerint eorumq; nomina adsumserint, imò etiam Chaldæorum & Assyriorum. Quod vero eâ forte opinione inducti quidam, vocem Germanicam *Karl* ab Hebraico fonte esse putaverint, sc. à voce נָבָל *invocavit* & נָבָי Deus, nugæ nugacissimæ sunt. Sed tamen nec Vossii in illa voce argutiæ placent, qui in Etymologico sub voce *Androsaces* illam conflatam dicit, ex kar seu gar i. e. planè & omnino & bel vegetus strenuus, acris. Melius Scaliger de subtilitate Exerc. 266. vocem *Karl* priscum Germanorum lingua forte & robustū significare notat. In Lexico Anglico, quod adiecit Boxhornius originibus suis Gallicis *Karl* estruscus, is ideo dictus, quia robustus, Spelmano vox *Ceorlus*, Sax. *Ceort*, est ibidem *ruficus* & *paganus* Pro Viro apud Saxonas veteres in compositionibus vo-

cum invenimus. Sic *Bubiscarl* vel *Busscarl* homo  
præfectus navi. V. Spelmannum in voce *Butscarli*.

Ea ergo, ut ad priora nostra redeamus, Philosophia  
veterum animos imbuerat, ut quam præceptis doctrinæ  
& ipsis virtutis actionibus adspirabant similitudinem  
Dei, ad illam captandam quoque ab ipsis suis nominis  
bus admonerentur, quæ cum Deo quoque habere cupi-  
ebant communia, in primis Principes & Heroes. Pro-  
cedit tota illa doctrina ab ipsis vetustissimis Philosophis  
& Theologis, qui ad istam similitudinem acquirendam  
afflatum quendam divinum ( quem intellectum agen-  
tem vocant) requirunt. Frequentata Arabibus & Ju-  
dæis illa sententia, quorum præclara & divinita tradita  
collegit Vir incomparabilis Joann. Seldenus in libro  
de Jure naturæ *Hebreor. lib. I. c. 9.* quem eā de re legisse  
non pœnitit. Eò omnium Philosophorum omnium  
gentium deduxit Pphilosophia, & ipsa Barbara, à quâ  
omnis sapientiæ propagata arcana. Psellus in Chalda-  
icis oraculis & sententiis de eā re quoque scribit fuisse  
Chaldæorum opinionem: *Quemadmodum liber Moysis*  
*ad imaginem Dei fingit hominem: Sic & Chaldaica hoc*  
*sententia pronunciat: mundi hujus opificem & patrem sui ipsius*  
*naturæ quedam symbola animis humanis inseruisse.* Illa sym-  
bola sunt illa à Deo inspersa mentibus omnium semi-  
na, Hoc est illud ἡγεμονία, ille δαιμὼν, ille θεός, illud ᾱ-  
στρατος ιησος, de quibus tam multa Antoninus Imperator  
differit. Hic est ille sacer spiritus, (de quo Senec. Epist 41.)  
qui intra nos sedet, malorum bonorumque nostrorum  
observator & custos. Rectissimè Porphyrius & piè in  
sententiis ad intelligibilia ducentibus τὸ ἀρχὴν τὸ ψυχῆς  
ἐπ τῷ συνεῖναι τῷ γεννήσαντι. Bonum animi consistit in eo, si autori  
quo

suo conjugatur, Eadem Pythagoræ sententia est: οὐδὲν  
 γνόμενον περὶ τὸν Θεὸν βαδίζοντος, id est, accedendo ad Deum effici-  
 tur unusquisque optimus. Nec abit Apuleius in: de Deo Socrati.  
 Deo nihil est similius, nihil gratius, quam vir animo perfe-  
 cte bonus, qui tam hominibus ceteris antecellit, quam ipse à Diis  
 immortalibus distat. Vide quam in rei tam arduæ ratio-  
 ne investigandâ philosophetur Proclus, qui ubi ex  
 veterum Philosophorum Theologia Primum o-  
 mnium rerum Principium dixerat τὸ ἀρχὴν, quod  
 Plato vocat τὸ αὐταρχὴν, & τὸ μακέτην, secundum Prin-  
 cipium fecerat Mensem primum τὸ ἀρχαῖον receptacu-  
 lum, quæ illi vocatur ἀρχαιοῦ. De hâc ejus verba  
 proferam. Græca omitto: Mens à Bono principaliter  
 & primò dicitur subsistere, & circa bonum existentiam habe-  
 re, & impleri lumine veritatis illinc promanantis, & accipere  
 participationem seu dependentiam ex coniunctione & unione lu-  
 minis, quod est ipsa Mente & Substantia & divinus, ut quod pri-  
 mo dependet à BONO. His verbis tertium aliquod implicat  
 principium summum, quod unionem luminis vocat. Pla-  
 to illud Ψυχὴν vocarat, & veteres Theologi Amorem,  
 seu Cupidinem, quem Hesiodus facit omnium Deorum  
 antiquissimum. Tria ergo illis hæc, quæ vocant, sum-  
 ma principia τὸ ἀρχὴν, τὸς & Ψυχὴν sive amor, quæ Numeniu-  
 us vocat: Gignens, Genitum, & habitum amborum. Mirare!  
 Jam ulterius philosophatur Proclus, & monstrat: quo-  
 modo nostra mens possit esse imago primæ mentis, &  
 qvomodo per illam conformitatem cum primâ mente,  
 quæ boni imago est, bonitatis participes fieri possimus:  
 Verba sunt: Εἰ δινον καὶ ὁ ἐν ιητῶν νόος, ἐκπλήσσεις πρώτης νόος, καὶ τοῦ  
 τοῦ μόνον τὸ ἀρχὴν νόος ιητῶν καὶ τῶν τὸν μετεστίαν αντιτίθεται, καὶ  
 τὸ δικένον ἀρχὴν παρέλθει. Si igitur & meus nostra imago est prima  
 mentis

mentis etiam secundum hoc tantum bonum, & nobis secundum Mentis participationem sufficientia & proprium bonum adsit. Quis non sentiat, è quo fonte hæc Philosophia hausta? non ex turbido illo: sed ex limpida vetustissimæ veritatis scaturigine et ex quadam, ut ita dicam, Virgine aquâ. Ultinam tandem Camerinam moyere desinamus, eamq; sectemur relictis paludibus. Ipsi nostri Philosophi antecessores dicti Κεφαλαιον, Dei ministri, de quib⁹ vide Selden Analect. Anglo Britan. l. 1 c. 4. Simus & nos Φιλόθεοι, & facile erimus φιλόσοφοι. Sic & ipsi Reges erimus, Philosophi, Theologi, & quantum licet θεοίδεις. Prima & antiquissima omnium fuit Philosophia Pietas, illa Reges fecit & Philosophos, quorum ego unum idemq; nomen agnosco. Sed amplissimum hoc argumentum, & cui pertractandæ hæc pagellæ non sufficiunt. Dabimus, si Deus vitam concederit, hæc in pleno de Ortu & Progressu Theologie Enthusiastice, opere accurate congregata. Finimus voto & quandoquidem μαρτων δεξιῶν ἡγεμονῶν εὐτέλεια, (quæ Hieroclis Pythagorici sententia est) Pietatem & Dei amorem Principebus precamur. Sic ipsi erunt Deorum imagines, Deorum filii, imò inter homines Dii.



Ad

*Præstantissimum, Præ-Eximum & Doctissimum*

**DN. HERONEM HERSENIUM**

S.S. Theologiæ Cultorem,

Amicum optimum,

De Divinitate Principum disputantem.

**P**Rincipibus placuisse viris non ultima laus est:  
Sed major tamen est laus placuisse Deo;  
Maximus hic Deus est, æternus, solus & unus.  
Terrarum Dominis imperat ille Diis.

Inter mortales Deus est, qui vult minor uno

Esse Deo Princeps, nec sua fata sequi

Hæc dum præclaris HERSENI differis ausis.

Laus hinc (ne dubita) Te modo summa mane  
Prima DEI tibi cura, Deos cole deinde minores,  
Nam placuisse DEO sic potes, atq; Diis.

f.

PRÆSE







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730577872/phys\\_0055](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730577872/phys_0055)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730577872/phys\\_0056](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730577872/phys_0056)

DFG

suo conjugatur, Eadem Pythagoræ se  
 parvum est πεδε τὸν θεὸν Βασιλοντος, id est, acci-  
 tur unusquisque optimus. Nec abit Apulejus  
 tis. Deo nihil est similius, nihil gratius,  
 et est bonus, qui tam hominibus ceteris ante  
 immortalibus distat. Vide quam in r-  
 ne investigandâ philosophetur Pi-  
 veterum Philosophorum Theolo-  
 gium rerum Principium dixerat  
 Plato vocat τὸν αὐτοκαθόδον, & τὸν μαρτυρο-  
 cipium fecerat Mensem primum  
 lumen, quæ illi vocatur αὐτοκαθόδης. L-  
 proferam. Græca omitto: Mens  
 & primò dicitur subsistere, & circa bonum  
 & impleri lumine veritatis illinc pro-  
 participationem seu dependentiam ex con-  
 minis, quod est ipsa Mente & Substantia &  
 mo dependet à BONO. His verbis tertiu  
 principium summum, quod unionem  
 to illud Ψυχὴν vocarat, & veteres T-  
 seu Cupidinem, quem Hesiodus facit  
 antiquissimum. Tria ergo illis hæc  
 ma principia αὐτοκαθόδον, νοῦς & Ψυχὴ sive a-  
 us vocat: Gignens, Genitum, & habitum  
 Jam ulterius philosophatur Proclus  
 modo nostra mens possit esse imag-  
 quomodo per illam conformitatem  
 quæ boni imago est, bonitatis particio-  
 Verba sunt: Εἰ τίνους καὶ ὁ ἐν οἷς νοῦς, εἴτε  
 τέτο μύονος τὸν αὐτοκαθόδον καὶ οἷς νοῦς τέτο νοῦς  
 τὸν οἰκεῖον αὐτοκαθόδον πάγωσι. Si igitur & meus n-




Image Engineering Scan Reference Chart T2623 Serial No.

the scale towards document

47.  
 : βίληση  
 um effici-  
 o Socra-  
 mo perfe-  
 pse à Diis  
 & ratio-  
 ubi ex  
 ium o-  
 , quod  
 n Prin-  
 eptacu-  
 verba  
 cipaliter  
 am babe-  
 accipere  
 nione lu-  
 quod pri-  
 mplicat  
 t. Pla-  
 morem,  
 Deorum  
 at, sum-  
 lumeni-  
 Mirare!  
 at: quo-  
 entis, &  
 mente,  
 ossimus:  
 8, νοῦς  
 καί, νοῦς  
 st prima  
 mentis